¶ Jtē btitudo est bonū per se sufficiens. g̃ btūs nullo indiget: sed btitudo est in visiōe dei. ergo non regrit delectatio. ¶ Jtē op3 opationē btitudinis eē nō ipeditā. x. ethi. nā al's non eēt opatio pfecta delectatio: tñ ipedit opationē intell's: q2 corrūpit extimationē prudētis: vt dī. vj. ethi. c. de prudentia. g̃ delectatio non regrit ad btitudinē. ¶ Dō3 q̄ btitudo nō est sine delectatiōe nec eē pōt: q2 delectatio est q̄dā q̄tatio appetitus in bono p̄nti siue hito. Btitudo autē est maximū bonū nāe rōnalis: iō nec̄e est q̄ illa hīta sequaī maxima delectatio appetitus q̄scentis iā in ea. An tñ debeat dici q̄ regraī delectatio ad btitudinē. ¶ Cōsiderandū q̄ aliqd dī regri ad alterū q̄ttuor modis. ¶ Uno mō sic̄ pambuluz vel pparatoriū ad ipm sicut eruditio ad sciaz: z alteratio ad gñationē. z gñal'r dispositio ad foīaz. ¶ Scō mō sic̄ pficiens rei. sic aia regrit ad vitā corpis: q2 ipsa est q̄ vitā corpi tribuit. z pō visiua regrit ad eē oculū: q2 illa est q̄ facit eē oculuz. z gñal'r ois foīa respectu māe. ¶ Tertio mō sic̄ adiuuans ab intrinseco sicut amici vel socij regrunt ad aliqd agēduz. ¶ Quarto mō vt aliqd pcomitās sicut calor ad ignē. nā nō pficit ipm: ſz comitaī ipm nec̄io ex pditiōe siue nāe. Et sic oē accns ppriū vel cōe inseparabile dī regri ad illud cuius est accidens. ¶ Delectatio autē nō regrit p̄ mō: q2 nō est aliquid p̄cedens btitudinē: sed potius pns. ¶ Etiā scō mō nō requritur: q2 non pōt ipsa eē tāq̄ pficiēs btitudinē: q2 tūc btitudo nō hret pfectionē a seipsa: ſz expectaret eā ab aliq̄ extrinseco sicut mā a foīa: z tūc nō eēt sūmū bonū. ¶ Etiā q2 illō q̄ pficit alterū melius est q̄ ipz q̄ pficit: sic foīa ē melioz q̄ mā: z q2 btitudo est maximū bonū eēt ipsa delectatio beatitudo: z nō aliqd aliud q̄ indigēt delectatione aliq̄ tanq̄ pficiente ipm. ¶ Nō ēt tertio mō: q2 delectatio nō est aliqd extrisecū ad opationē in q̄ ꝓsistit btitudo sic̄ amici ab eī ad iuuant: ſz est aliqd in ipsa btitudine. ¶ Pōt g̃ dici q̄ regratur ōlectatio q̄rto mō vt aliqd pcomitās btitudinez: q2 non pōt btitudo sine illa eē: nō qdē q̄ btitudo idigeat ōlectatione: ſz q̄ ipsa ꝓsequaī btitudinē ex nā sua: sic̄ ignis nō idiget caloīe: vel hō non idiget risibilitate: z tñ ꝓseq̄ī nec̄io risibilitas hoiez sicut ppriū accns ei9 vel calor ignē sic̄ accns cōe eius. Insepabile tñ. Eo g̃ mō quo possumus dicē risibilitatē regri ad eē hoiez dicemus regri delectationē ad btitudinez cū sit qdā p se accns eius. vt dicī seq. q. De hūs. ſ. Tho. pª 2ª. q. iūj. arti. i. ¶ Ad primū dōm q̄ visio est tota merces: q2 ipsa visio est sba btitudinis: iō nō regrit aliqd aliud eī ipz ad cōplementū btitudinis. Et tñ delectatio ptinet ad btitudinē inquātū nec̄io ꝓseq̄ī ipz visionē q̄ est btitudo. Et tñ inquātum dī q̄ visio est merces ipoīaī ibi delectatio: q2 merces est qdā p aliquo ope in pmiū: z ad qō mouemur: z tñ hito eo ad qō mouet appetitus seq̄ī nec̄io ges q̄ est delectatio. Uñ visio inquātū est merces nō solū ipoīat cognitiōez dei: ſz ēt delectationē ꝓsequētē ex ipsa cognitiōe. ¶ Ad scōz dōm q̄ beatus nulla re idiget: q2 indigere est carere pfectione que est extrinseca: z ad quā qs mouet. Btūs aūt delectatiōe nō indiget cū illa nō sit extrinsecuz qō supuenire possit btitudini: ſz nec̄io ꝓsequī eā. Uñ pōt dici q̄ btitudo regrit delectationē: nō tñ indiget delectatiōe: nā ipsaz ex se hz. Sicut nō est vex q̄ hō indigeat risibilitate: ſz illa regraī ad hominē: vt. ſ. dcm ē nūc. ¶ Ad 3m dō3 q̄ delectatio pcomitās opationē intell's nō ipedit ipsaz: ſz potius ꝓfortat eā: vt dī. x. ethi. Q2 illa q̄ ōlectabil'r facim9 attēcius z pseuerātius opamur. Uñ nulla delectatio pns aliquā opationē cuiuscūq̄ generis ipedit ipam: ſz magis ꝓfortat. Delectatio aūt exnea impedit opationē vt delectatio in opatiōe sensitiua ipedit operationem intellectiuā: ex eo q̄ delectatio facit operantē intēdere operationi illi cuius est: z dū operās intēdit vni rei distrahīt ab alia. Et ꝑ est iudiciū de delectatione operationis alicuius q̄ si qs delectatus in ea potest intēdere alteri delectationi vel opationi signuz est q̄ delectatio illa erat parua: sicut dicī. x. ethicoz. q̄ non sunt boni agonistę qñ respicientes ad eos possumus comedere legumina. ¶ Et sic gñaliī delectatio ipedit delectationem vel operationem extraneaz. Et hoc dupl'r. ſ. vel inquātum extranea est: vel inquatuz est cōtraria. ¶ Primo mō delectatio in quacūq̄ operatiōe impedit quācūq̄ aliam ppter defectuz anime nostre non potētis simul pluribꝰ rebus intēdere. ¶ Secūdo modo ex parte cōtrarietatis. Et istud est maius impedimentū. hoc mō delectatio que est in sensu ipedit extimationē prudētie que ē intellectus practici. z nō impedit extimationē intellectus speculatiui. vt dicī. vj. ethicoz. c. de prudētia. ſ. q2 ōlectatio que est in sensu pōt esse ꝓtraria prudentie: z tñ nō potest esse cōtraria iudicio intellectꝰ speculatiui. ¶ Si ergo beatus hret delectationes alias p̄ter illā que cōsequiī beatitudinē poſset per illas ipediri siue eēnt p̄rie siue disperate. Nihil autē tale habet beatus a quo sunt remota omnia que impedire possunt beatitudinem.

¶ An in beatitudine sit principalioz delectatio q̄z visio vl' econtrario. Questio. XLIX.

Opinio q̄rūdam pª rō

2ª rō

3ª rō

4ª rō

A Rñdet q̄sito. q. pª rō

B 2ª rō

C 3ª rō

D 4ª rō

E 5ª rō

Queritur cū in btitudine sit visio z delectatio principalioz q̄z visio vel eōrio. ¶ Dicunt qdā q̄ delectatio sit p̄ncipalioz: q2 ōlectatio est pfectio operationis. vt dī. x. ethicoz. pfectio tñ est p̄ncipalioz q̄z ipz perfectibile: cū sit melioz. ergo delectatio est p̄ncipalioz i beatitudine q̄z visio. ¶ Jtē illud ppter qō aliqd desideraī ē p̄ncipalius q̄z ipm ppter qō illud desideraī. Et tñ pp ōlectationem desideranī opationes. vñ nā apposuit delectatōes opationibus nec̄ys ad ꝓseruationē suā vt pp illas nō ptēneretur opatiōes. g̃ p̄ncipalius est delectatio q̄z visio q̄ est operatio. ¶ Jtē visio corrñdet fidei. Delectatio aūt siue fruitio cor respōdet charitati. est tñ charitas excellentioz q̄z fides. p. ad corin. xiij. g̃ magis ꝓsistit btitudo in delectatiōe q̄z in visiōe. ¶ Dōm q̄ istā. q. tetigit Ari. x. ethicoz: z aliquo mō reliqt eam insolutā. Si tñ diligenter ꝓsidereī appet manifeste beatitudinē magis esse in visione q̄z in delectatōe: q2 delectatio pertinet ad volūtatem: q2 est quedā quietatio eius in bono desiderato post q̄z pacifice teneī. visio autē ptinet ad intell'z: z tñ. ſ. ostēdimus in. xxxiij. q. btitudinem ptinere magis ad actum intell's q̄z volūtatis. ¶ Item eēntia beatitudinis est in visione. ſ. q̄ ipsa visio dei est subaliter vel realiter ipsa beatitudo. Nihil autē aliud est sba betitudinis vel de sba eius. g̃ non est compatio inter visionē z delectationē z btitudinez nisi sicut si qs diceret qd est principalius ad eē hoiem hēre corpus z aiam vel hre risibilitatē. Nā corpus z aia cōplēt essentiā hois: risibilitas aūt est accns ppriuz eius quod ad essentiā nullo mō pertinet. ¶ Ita visio dei est ipsa sba beatitudinis. delectatio aūt est quoddā per se accns eius. Nā necessario seqī ad illā. Q2 cū delectatio sit qetatio appetitꝰ in bono quāto fuerit maius bonū: tanto magis ex nec̄itate cō sequī delectatio ad possessionē illius. Sed btitudo est summum bonū: ideo ad ipsaz maxime ptinet q̄ cōsequatur eam delectatio. In ipsa autē delectatione nō potest poni btitudo sicut alg ad pauca aduertētes faciūt. Nam beatitudo est finis: z tñ delectatio non est finis: sed potius sequiī ex fine cū sequaī ex assecutione alicuius boni qō desideraī: z ipsa ōlectatio nō est per se aliqō bonū qō desiderari possit: sed cōsequitur ad bonū inquātū hz vel inquātū hñdum certissime putatur vel inquātū iam habitū recordamur. ¶ Jtē si delectatio per se ptinet ad beatitudinē ipsā per se: z absolute eēt desiderabile. Sed falsum est q2 delectatio nō est bonū nisi cōsequatur ad bonas opationes: que autē ad turpē opationem ꝓsequitur mala est z fugiēda. g̃ non pōt in ea ꝓsistere btitudo cū nō sit bona nisi pp alterū: z tñ btitudo est ſz se bona. ¶ Jtē ordo rōnis est p̄m ordinē nāe. In nālibus aūt ōlectatio est pp opationē: z nō opatio pp delectationē. sic̄. ſ. diximus. q. xxxiij. de opatiōibus nec̄ys ad ꝓseruationē nāe qbꝰ delectationes sunt inserte ne negligaī: ergo nā posuit ibi opationem tāq̄ maius bonū q̄z delectationē: q2 alˢ non ordinasset delectationē ad opationem cum nec̄e sit finē sp eē meliorem eis q̄ sunt ad finē nisi sit error in ordināte aliquid ad finē. Nā aūt non errat nisi raro z circa quedā pticularia ergo iudicauit opationē eē finē z eē meliorem delectatione. ¶ Jtē delectatio vt dcm est nunc nō est nisi qetatio appetitus in bono. Manifestum est tñ q̄ appetitꝰ nō mouet i bonum pp qescere in illo: ſz mouet pp ipm bonū: q2 ipm pficit appetitū. Esset eniz ridiculū dici q̄ mouereī pp qetem: sed mouetur ppter bonū ad qō pueniī: sicut si aliqd mouet ad formā: z habita illa qescit. Nemo ait dic̄ q̄ nā igeniauit istū motū vt mobile quiesceret. sed vt haberet formā quā p motum acqrit. ¶ Et p3 hoc q2 nā ingeniauit motuz ppter perfectionez mobilis cum motus sit actus entis iperfecti. 3. phisico. mobile tamē non perficiī per quietē quā habet acqsita forma: sed per ipam formā quam acquirit. Et ista est cā q̄re non cessat motus quousq̄ acgratur foīa: z illa hīta cessat.

¶ Patet

¶ Patet ēt hoc q; si qes que est in forma acqsita esset finis motus; ⁊ nō ipsa forma frustra esset ois motus. ¶ Melius esset q; nulli rei daret desideriū qescendi in foia acqrēda: ⁊ sic non esset nec̄ius motus. Q; forma est finis quē nā intendit: ⁊ non pōt hr̄i sine motu: nā ingeniauit motū. Non est g̃ finis appetitus qescere in bono: sed ipm bonū fz se est finiſ eius: q; tm̄ bonū pficit appetitū: nec̄e est q; acqsito bono qetetur appetitus in eo: ⁊ illud est ōlectari. Sic g̃ est circa beatitudinē: q; bonū maximū qō perficit appetitū nr̄z est deus ⁊ in illo est btitudo. Unde nec̄e est q; si btitudo est aliquis actus nr̄ vel aliqd nr̄m q; sit illud per qō imediatius deū attingimus. Istud aūt est in actu intell'us. s. in visione: q; p eam vnimur deo. Per delectationē aūt nō vnimur: fz ipsa qseqūt ex eo q; semel vnimur ei p visionē: ió in actu intell'us cōsistit btitudo: ⁊ nō in actu volūtatis. Unde non solū visio ptinet p̄ncipalius ad btitudinē q̃z ōlectatio: sed ēt nullo mō ptinet delectatio ad ſbam btitudinis cū tota eēntia btitudinis qsistat in sola visiōe. Pertinet tm̄ delectatio ad btitudinē iquātum nec̄io qsequit̄ ad illā tā q̃z p se accn̄s eius: ⁊ decorat illam sicut pulchritudo iuuentutē. vt dr̄. x. ethi. ¶ Ad p̄mum dōm q; delectatio pficit opationē nō tā q̃z aliqd extrinsecus ad qō ordinet opatio: sed sicut qōdā qdecorans eā sicut pulchritudo iuuentutē: vt dcm̄ est: ⁊ tm̄ iuuētus nō est pp pulchritudinē: fz potius pulchritudo pp iuuētutē. Ita delectatio decorat felicitatē: ⁊ tm̄ delectatio seq̄t ad felicitatē tanq̃z effectus eius vel p se accn̄s eius. ¶ Ad scōz dōm q; ista rō magis quincit in oppositū: q; si nā apposuit delectationem operationiꝫ vt nō contēnant̄ ⁊ dimittant̄: ordinauit delectationē ad opationez tanq̃z ad finē: ⁊ sic iudicauit opationem eē meliorē delectatione. ¶ Dōm tm̄ q; hic se hnt fines ex oppositō: q; nā posuit operationē tā q̃z finē delectationis: ⁊ aialia ordinant operationē in delectationē. Et q; ordinatio nāe sine dubio est melior cū ipsa nō erret: putauerūt aliq; q; aialia in p̄sequēdo operatiōes pp delectationē deuiabāt ab ordine nāe per quēdā errorē sicut hn̄s gustū indispositū male iudicat de sapoꝛib⁹. ¶ Dōz tm̄ q; nō errāt: q; in oibus aialibus istud est: ⁊ non cōtingeret error generaliter circa oia aialia ⁊ omni tpe: q; istud esset errare nām: q; qō in oib⁹ est nāle est. ¶ Itē q; nō videt hoc instituisse. s. apponēdo delectationes vt finē ipsis aialibus pp quas p̄sequatur operatiōes. ¶ Est g̃ dōm q; hic sunt duo ordines nāe inter se oppositi. Unus est quo delectatio ordinat̄ ad opationē vt illa non negligat̄. Alius quo opatio accipit̄ pp delectationez. s. solū inquātū in opatiōe est delectatio qdā. Primus ordo est ipsius nāe absolute. scōs est datus aialibus a nā. ¶ De p̄rio dōm est q; ille est ordo simpl'r rectus. s. q; delectatio sit p̄pt opationē cū nā absolute istū obseruet: ⁊ tm̄ nā est ipsa spūal' ſba dirigens opus nāe. Qm̄ nā put est virtus insita rebus: ita vt sit p̄n^m motus ⁊ qetis eius in quo est nihil cogscit: ió nō pōt finē p̄stituere in opatiōe nec ordinare aliqd ad finē: fz dirigit opatio isti⁹ nāe ab itelligētis sepatis. Sic dicit cōmentator q; opus nāe est opus itelligētie. Finis g̃ ab intelligentia dirigēte nāz p̄stitut⁹ erit, recte positus: q; ipsa iudicat de bono absolute. Finis aūt q; stituit ab aialibus lz sit a nā cōstitutus nō est ita absolute bonus: fz solū institut⁹ est fm capacitatē ipsoꝛ aialiū q̃ moueri debent ad opationē. Finis enī nec̄e est q; sp̄ sit aliqd bonū ⁊ intelligētia q̃ nām dirigit cognoscēs bonū simpl'r. ponit ipz vt finē. Et sic finis simpl'r est ipm bonū qd est caput oiuz rez in quo est tota nā boni: ⁊ ad illud ordinant̄ oēs partes vniuersi inquātū pticipant illud fm diuersos gradus ⁊ diuersimode ei assimilant̄. Jpm ergo bonū simpl'r est finis extrinsecus oium rez. Participatio aūt ipsius fm vltimū gradū bonitatis ad quē q̃libet res puenire pōt fz capacitatē sue spēi est finis itrinsecus. sicut finis vltimus hois extrinsecus est ipse deus. finis aūt vltim⁹ intrinsecus est ipsa visio dei fm quā hō pticipat deo fz gdū excellētissimū capacitatis sue spēi. ¶ Jsta aūt pticipatio boni repit̄ p̄ncipal'r in spēb⁹ rez cū q̃lz spēs dicat diuersuz modū pticipationis ipsius sūmi boni ab illa spē. ¶ Indiuidua aūt nō dicunt diuersos modos pticipatiōis bonitatis vel pfectionis: q; eadē est pfectio oiuz indiuiduoꝛ eiusdē spēi nisi p accn̄s. ⁊ i eo qō ē accn̄tale vnū excedat alterū. Indiuidua g̃ nō sunt directe de intētiōe nāe: fz solū p accn̄s. s. inquātuz spēs nō pōt manē nisi in indiuiduo. Multiplicatio āt idiuiduoꝛ sub eadē spē est magis p accn̄s. s. pp corruptibilitatez ipsoꝛ. Nā vbi indiuiduū pōt ppetuari spēs solū p̄seruat̄ in vnico idiuiduo. Sicut p; de sbūs sepatis q̃s fm̄ p̄patheticos: ⁊ vitatē nec̄e est singulas poni distinctas spē iter se. Et sic dicūt eē spēs angeloꝛ. tot q̃t sunt angeli cū sit qlz āgelus ppetuus. ¶ P; ēt in coꝛpib⁹ vt in el'tis: q; in q̃lz spē est vnicū. P; ēt magis in coꝛpib⁹ celestib⁹: q; vnicus sol est ⁊ vnica luna: ⁊ sic de ceteris astris. Et tm̄ ista pcedūt oēs dicta esse in spē. Q; tm̄ quodlz istoꝛ idiuiduoꝛ est incoꝛruptibile sufficit eē vnicū in q̃lz spē: vt in illo ꝑhat̄ qdditas spēi q̃ sub sistere non pōt nisi indiuiduata. Jn spēb⁹ tm̄ in qbus idiuidua sūt coꝛruptibilia nec̄e est esse multa indiuidua sil'. vt qui busdā peuntibus p̄seruet i alīs nā spēi. ¶ Cū g̃ indiuiduū qōlz sit pp spēz p̄seruādā: ⁊ spēs non pōt p̄seruari nisi exīte indiuiduo vltim⁹ finis cuiuslz idiuidui ē pticipare nāz spēi sue in q̃du pfecto ⁊ manē sp in illo eē pticipato. Et oia alia que idiuiduū facit si ad p̄seruationē idiuidui: q; hr̄e nō pōt illā pfectionē nisi q̃diu fuerit. Et q; aialia singula sūt coꝛruptibilia ⁊ desiderāt p̄seruari: ⁊ nō p̄nt̄ fuari nisi p cibū ⁊ potum in seipsis: ⁊ p coitū in sibi silibus pducēdis desiderāt cibū ⁊ potū sumere ⁊ coire. ¶ Et nō sunt isti actus finis qdā ipsoꝛ aialiū: fz ad p̄seruationē ipsoꝛ ordinant̄. Et q; aialia p̄tēnerent istos act⁹: ⁊ pirēt nisi eēt aliqd qō inducēt illa ad ipsos: nec̄e erat q; ipsa aialia cogscerēt istos actus eē necessarios ad sui p̄seruationē: ⁊ q; p̄fuatio erat eis bonū suū ⁊ illā desiderarēt: ⁊ pp illā oia agerēt: ⁊ tūc nullo alio inducente ipsa aialia ex p̄sideratiōe finis quē optimū iudicarent oia ista facerent. Jstud tm̄ nō fuit pol'e in aialibus alīs nisi i hoie: q; cognoscē aliqd sub rōne boni: ⁊ ordinare alia i illō tā q̃z in finē solius nāe rōnalis est. ¶ Jō oportuit dari aialibus aliqd aliud qō ipsa iducēt q̃si ex q̃dam nec̄itate ad p̄sequēdū ipsas opatiōes p q̃s p̄seruant̄. Jstō aūt fuit ipsa delectatio. ¶ Et ista cōpetēter posita ē: q; p sensuz iudicatur: ⁊ oia aialia sensuz hn̄t. Et q; non hn̄t oia aialia oēs qnq̃z sensus exteriores ⁊ iteriores: fz q̃dā pl'es ⁊ alia pauciores vsq̃ quo veniat̄ ad iperfectissima aialia q̃ solū hn̄t sensuz tactus oportuit q; in q̃lz sensu possit inueniri delectatio: ⁊ ita fcm̄ est Unde nullū aial est q̃tūcūq̃ ipfectū q; delectatiōes aliq̃s expiri nō possit: ⁊ p illas ad opationē sibi q̃uenientē mouetur. Et tūc aialia nō mouent̄ in delectationē q̃si ex iudicio: ita vt iudicēt delectationē eē bonū aliqō vel q; p̄stituāt eā sibi tā q̃z finē: q; istud nō pōt facere nisi nā rōalis: fz mouētur in delectationē: q; ipsa q̃si qdā laq̃us quodāmō ex nec̄itate mouet ipa aialia: q; nō ē aliud mai⁹ bonū sensui q̃z delectatio. trahit g̃ nā'r ipsa aialia: q; bonū maxiuū ipsoꝛ est de q̃ iudicare p̄nt. i. expiri illud fz sensuz. ¶ Et q; p̄seruatio aialiū est p opationē tactus ⁊ gustus. s. in cibo: ⁊ potu: ⁊ coitu posuit nā maiores delectatiōes aialib⁹ in gustu ⁊ tactu q̃z i alīs sensib⁹. imo in alīs p̄pe nō delectant̄ nisi referēdo ad tactū ⁊ gustū. vt p; 3. ethicoꝛuz. c. de tēperantia. s. q; leo non gaudet videndo vel audiendo aut odorādo bouem: nisi quia illum comederet. i. q; desiderat delectari in comedēdo illuz. ¶ Et sic posite sunt delectatiōes in animalibus tanq̃z finis ipsarum operationū. Non quidez q; melior sit delectatio q̃z operatio: sed q; sensus nō potest iudicare operationē eē meliorem q̃z delectationē. Ratio est q; bonū qō est in delectatione experīt quilibet sensus cum qlibet iudicet de tristabili ⁊ delectabili. ⁊ tamē bonum qō est in operatione abstracta delectatione nō potest iudicare sensus. ¶ Nam sumere cibum ⁊ potuz ⁊ coire si aufferatur ab eis omnis delectatio non habēt aliquod bonū nisi q; p̄ficiunt ad conseruanduz indiuiduū ⁊ speciez. Non p̄nt̄ tamē aialia cognoscere quid sit cōseruari indiuiduum ⁊ spēm. ⁊ qūo isti actus ordinētur ad illū finez: q; hoc solius nature rationalis est. Jdeo necesse est q; p̄o hn̄s opationibus comedendi bibendi ⁊ coeundi ponatur ipsis animalib⁹ alius finis ō quo ipsa iudicare possint: ⁊ ille debet esse aliquid quod possit per sensum agnosci cum animalia non habeant nisi iudiciuz sensitiuuz. Nihil autem aliud est q̃z delectatio que perficit sensum tanq̃z bonum quoddaz: ⁊ possit maxime sensum alicere. Jdeo necesse fuit delectationem poni omnibus beatis tanq̃z finem omnium operationum suarum. ⁊ tamen simpliciter delectatio non est finis illarum operationum: sed magis operatio est finis delectationis. ¶ Natura tamen constituit animalibus delectationem vt finem: quia non poterant iudicare de alio maiori bono: qō magis hēret rōnez finis: vt dcm̄ est.

¶ Hoc

f Ad p^m argu.

g Ad 2^m argu.

h Qual'r se hnt opatio ⁊ delectatio iter se ⁊ de duobus ordinibus hic. 3

k Nō. pl'a ō cōpatiōe spērū. ⁊ idiuiduoꝛ

l

m Quis sit finis indiuiduoꝛum.

n No. ō nec̄itate ōlectatiōis i animalibus.

o

¶ hoc ꝓ in puulis quos ad laboꝛez lr̃az alicimus vel ad alia bona opa que ſũt eis laboꝛioſa. Nã damus illis aliqua delectabilia ſm guſtũ vel pulchꝛa ſm viſuz: ⁊ ipſi illecti cupiditate haz reꝛ adiſcunt: vel aliqd laudabile faciunt ꝓpt illa bona ſenſibilia ponẽtes illa vt finẽ. Nos tñ eꝫcio facimꝰ qꝛ damus eis delectabilia vt adiſcãt ꝓſtituẽtes ipaz diſciplinaz finẽ iſtoꝝ delectabiliũ. ¶ Rõ huius diuerſitatis eſt: qꝛ pueri non ꝓñt iudicare de bono ſimplr: ⁊ ꝓñt iudicare de delectabili qõ eſt in viſu ⁊ guſtu. Nã ſi ipſi ſcirẽt q̃le bonũ eſt ſcia que acgriũ ꝓ diſciplinã: ⁊ qũo diſciplina oꝛdineꝫ ad ſciẽtiã appeteꝛẽt ipm adiſcere nõ oꝛdinando illud ad delectabile qõ eſt i guſtu ⁊ viſu. Qꝛ tñ hoc nõ ꝓñt iudicare ⁊ ẽ ipoſſe ꝓſequi aliquã opationẽ niſi vt aliqõ bonũ neẽe eſt ꝙ pueri ad adiſcendũ moueanꝫ ex ſola violẽtia vel inducti per aliq̃ bona ſenſibilia q̃ illi ꝓñt iudicare bona. ¶ Et tñ ſimplr q̃rẽdo qd ſit meliꝰ: ⁊ qd hẽat rõnẽ finis: an ỽlectabile guſtus ⁊ viſus vel ipm adiſcere. manifeſtũ eſt ꝙ ipm adiſcere: ⁊ iudiciũ pueroꝝ nõ potuit mutare nãm reꝛ. ¶ Jta eſt in oibꝰ aialibus circa delectationẽ ⁊ opationes. Naz operatio meliꝰ eſt ⁊ ipaz ꝓſtituit nã vt finẽ: aialia aũt cõſtituũt delectationez vt finẽ: qꝛ alr iudicare non ꝓñt. ¶ Sed diceꝫ ꝙ ħ ſit quidã erroꝛ. ſ. ꝙ oia animalia moueanꝫ tãq̃ in maius bonũ in illud qõ eſt minus bonũ. ¶ Dõm ꝙ non eſt erroꝛ: qꝛ erroꝛ eſt in re qñ deficit vel deuiat ab eo qõ ſibi nãle eſt: ⁊ ob hoc: qꝛ nãle eſt hoi eſſe rõnalez ⁊ operari ſm rõnẽ q̃cunq̃z agit ꝓ rõnem dr errare vel peccare. Oibus tñ bꝛutis nãle ẽ ſic iudicare: qꝛ non ꝓñt de maioꝛi bono iudicare q̃ ſit ỽlectatio. g̃ non eſt erroꝛ ꝙ pp illã oia agant. Sicut non eſt erroꝛ in hoie ꝙ intelligat ꝓ fantaſmata accepta a ſenſu: ⁊ ꝙ intelligat cũ diſcurſu. lz melius ſit intelligẽ ſine fantaſmate: ⁊ ſine diſcurſu ſicut ſbe ſepate faciũt. Hoc tñ in hoie nõ ẽ erroꝛ qꝛ ꝓditio nãe eſt ſic ẽtelligere. ſiẽ nõ dicimus de bꝛutis ꝙ ſit erroꝛ in eis vel pectm̃ vel defectus comedere q̃cũq̃z appetũt. In hoie tñ pctm̃ eſt hoc: qꝛ rõ que eſt nã hominis ħ vetat. ¶ Alr põt dici ꝙ aialia recte iudicant appetẽdo delectationem ſup oia: qꝛ lz ſit operatio maius bonũ ſimplr q̃ delectatio: tñ ipſis aialibus maius bonũ eſt delectatio q̃ opatio: qꝛ magis perficit ſenſuz ipſoꝝ. ¶ Sed diceꝫ cũ delectationes apoſite fuerint in opationibꝰ: qꝛ aialia nõ ꝓñt iudicare de fine ipſaz opationũ: vt dcm̃ eſt nũc q̃re nã poſuit eandẽ delectationez in ipſis opatiõibꝰ hũanis. Nã hõ de fine iudicare põt ⁊ nõ exñte delectatiõe poſſet oia facere pp finẽ. Et tẽ iudiciũ hois eẽt magis rectũ ⁊ nõ falleꝛet ꝓ delectationez a rectitudine rõis. ¶ Dõm ꝙ ħ fuit ꝑ ex ꝓditiõe nãe: qꝛ lz in hoie reperiaꝫ nã intellectualis ſm quã excedit cetera. eſt tñ veꝝ aial ⁊ perfectũ hñs oẽs ſenſus interioꝛes ⁊ exterioꝛes. Ideo neẽe fuit inueniri in eo oia que ſunt a nã ſenſuuz. Eſt aũt ꝓditio ſenſuũ nõ iudicare niſi de bono ꝑticulari: ⁊ ꝙ delectatio ſit maximũ bonum ipſoꝝ. Jõ neceſſe fuit ꝙ etiaz in hoie iſtud eſſet: ⁊ ſic ipſe iudicaret ſm ſenſuz delectationem eſſe maximũ bonũ. ⁊ per intellm iudicaret opationẽ vel aliquid aliud eẽ maximũ bonũ ⁊ nõ delectationẽ: ⁊ illud ꝓſequeꝛeꝫ tãq̃ bonũ ꝓpꝛiũ: qꝛ vltima pfectio hois nõ eſt inquãtum eſt aial: lz inquãtũ eſt hõ. ¶ Scõ eſt ħ: qꝛ alr piret nã qꝛ lz hõ poſſet iudicare de fine cũ ſit rõnalis: tñ non põt hõ facere niſi ſm rõnẽ aliqualr iã perfectã: qõ nõ ꝑtingit in oibus. Nã in paruulis hoc nõ eſt in qbus eſt intellꝰ ipfectus cũ perfectionẽ ſuã acqrat ꝓ doctrinã. ¶ Si g̃ iſti nõ hr̃ent delectationẽ que eã moueret nũq̃ oparenꝫ aliqd cũ finem nullũ vite hũane cognoſcãt. ¶ Jdem eſt de multis adultis q pp indiſpõnẽ nãe vel alias cãs nũq̃ ꝓñt puenire: aut ſaltem nũq̃ peruenĩũt ad hanc pfectionẽ intellꝰ vt cognoſcãt finẽ humane vite: ⁊ ſciant oꝛdinare ſingla in ipm. Cũ ergo iſti paruz a pecoꝛibꝰ diſtent: neẽe fuit delectationes eẽ i operationibus pp illos. ¶ Tertio fuit hoc ꝙeniens ad operãdum ꝓmptiũs: qꝛ dato ꝙ ois hõ cognoſceret finẽ: ⁊ ea q̃ ad finẽ ſunt tã ꝓ ꝓſeruatiõe in eẽ nãli q̃ ꝓ pfectione huma na ſm ꝙ hõ eſt: tñ non ꝓmpte moueꝛeꝫ hõ ad opationes illas per quas nã ꝓſeruaꝫ. Expimur enĩ gñalr ꝙ ꝓmptius ⁊ expeditius agit hõ ea ad que nãlr moueꝫ: q̃ illa ad que moꝛuetur ſolũ ſm rõnẽ. Cõueniens g̃ fuit delectationẽ eſſe hoi in opatione ſm ſenſum ſicut ceteris aialibus: vt illa mouẽt eũ: ⁊ eſſet finis ipſius ſenſus: lz homo nõ ſimplr conſtitueꝛet eã in finẽ cum in ipſo ſit aliud iudiciũ excellẽtius q̃ ſenſitiuũ. ¶ Ad tertiũ dõm ꝙ charitas eſt ꝓncipalioꝛ q̃ fides ⁊ tñ non coꝛreſpõdet ei delectatio tãq̃ finis: ſed magis ipſa viſio: qꝛ voluntas moueꝫ in maximũ bonum vt ei vniatur. ¶ Jntellectus autẽ iudicauit deũ eſſe maximũ bonuz tãq̃ obm: ⁊ vniri illi eſſe maximũ bonũ hominis: ⁊ ꝙ iſta vnio non poterat fieri niſi ꝑ viſionem: ideo volũtas ex neceſſitate voluit ipſaz viſionẽ dei tanq̃ ſuũ bonũ. Unde neceſſe eſt dici ꝙ volũtatis finis nõ ſit delectatio: ſed viſio niſi forte dicereꝫ ꝙ delectatio erat maximuz bonũ: qõ falſuz eſt: vt oſtẽſum fuit. q. xxxiiij. Sed ſũmum bonũ ſub ratione non poteſt eſſe niſi obiectũ voluntatis. ergo ſi viſio eſt ſũmum bonum neceſſe eſt ꝙ ipſa ſit obiectũ voluntatis: ⁊ ſic ipſa coꝛreſpondet ei. Dicit tñ delectatio coꝛreſpõdere voluntati inquãtuz eſt quedã paſſio eius ⁊ nõ intellectus. ⁊ viſio coꝛreſpõdet intellectui ⁊ non voluntati: qꝛ eſt actus intellectus. Si ergo viſio cõſideretur vt quidã actus ſolius intellꝰ eſt. Si autem vt ſũmuz bonum ſolius voluntatis eſt. Et qꝛ ꝓpꝛiũ voluntatis eſt fieri in aliqd tãq̃ in bonuz magis ꝓpꝛiũ erit ſibi ipſa viſio q̃ delectatio: qꝛ in viſione eſt ſũmum bonum ⁊ non in delectatõe: lz delectatio ſit volũtatis nõ viſio. ¶ Sz diceꝫ ꝙ non põt aliqd ferri magis in bonũ alienũ q̃ in ſuũ ⁊ tñ delectatio eſt ꝓpꝛia voluntatis ⁊ nõ viſio. g̃ magis ferretur in viſionẽ. ¶ Dici põt vno mõ ꝙ voluntas ſit põ aĩe. ⁊ aĩa eſt ps nãe hũane: iõ oẽs opationes voluntaꝫ ſunt ab ea nõ inquãtũ ipſa in ſe eſt aliqd: ſz inquãtũ eſt aliqd hois. Et qꝛ maioꝛ pfectio hois eſt viſio dei q̃ delectatio ꝓñs lz eẽt ꝓ ꝓpꝛiũ bonũ volũtatis delectatio ⁊ nõ viſio ferreꝫ magꝭ in viſionẽ q̃ in delectationẽ. ¶ Sic eſt de ꝓtibꝰ corꝓis nr̃i. Naz maiꝰ bonũ eſt cuilz rei ꝓſeruatio ꝓꝑa q̃ ꝓfuatio alteriꝰ rei: ⁊ tñ quodlz mẽbrũ nãli inclinatione ſine aliq̃ deliberatione nr̃a exponit ſe ꝓ capite: qꝛ maius bonũ hois ẽ in capite q̃ i q̃lz alio mẽbro. ¶ Alr põt dici ꝙ volũtas ferꝫ magis i viſionẽ q̃ in delectationẽ: nõ ſolũ iquãtũ eſt bonũ hois: ſz ẽt inquãtũ ẽ bonũ ꝓpꝛiũ voluntaꝫ. Nã lz viſio nõ ſit actꝰ voluntatis inquãtũ viſio eſt ſũmũ bonũ ad ipaz tñ ſolã ꝑtinet moueri in aliqd tãq̃ in bonũ. g̃ ꝓpꝛiũ eſt ſibi ferri in viſionem magis q̃ in aliqd aliud inquãtũ eſt bonũ ſũmũ. ¶ Et cũ dr ꝙ viſio nõ eſt actꝰ volũtatis nõ obſtat: qꝛ actꝰ nõ eſt ꝓpꝛiuz bonũ potẽtie: ſz obm eiꝰ ⁊ actus nõ eſt neẽius põe niſi iquãtum ꝑ eũ põ vniẽ obo vel ꝑtingit ad illud. Qõ ꝓ qꝛ actus ſunt ꝓfecti magis vel minus in eadẽ põ ſm ꝙ oba ſũt perfectioza. Si tñ bonũ põe eẽt ꝓncipalr in actu oẽs actꝰ ei eẽnt equalr ꝓfecti: qõ eſt flm. obz aũt voluntaꝫ eſt bonũ ſub rõe boni. ideo magis perficiẽ voluntas ꝑ illud q̃ ꝑ ꝓpꝛiũ actuz. ¶ Si ergo viſio eſt ſũmum bonũ neceſſe eſt ꝙ illa ſit magis ꝓpꝛium bonũ voluntatis q̃ delectatio que eſt actus eius. Nã non eſt neẽe ꝙ obm volũtatis ſit actꝰ eius. ⁊ iſtud ſũmuz bonũ voluntas cõſeq̃ ꝑ actũ intellꝰ cuius eſt videꝛ: qꝛ per hoc ꝙ intellꝰ videt deũ qui eſt ſũmũ bonũ voluntas eſt vnita ei. ¶ Sz diceꝫ ẽſſe inc̃ueniens ꝙ voluntas non aſſequaꝫ bonum ſuũ per ſeipſaz: ſed per actũ itellꝰ. ¶ Dõm ꝙ non eſt inc̃ueniens. Nã voluntas per actum ſuum moꝛuetur in ſũmum bonũ: ⁊ tñ non apꝓhendit illud per actum ſuũ: ſed per actum intellꝰ. Et hoc qꝛ cõditio voluntatis eſt tendere in aliqd: ſed apprehẽdere nõ eſt actus eius: iõ non eſt imperfectio ꝙ ipſa ꝑ ſe non apprehẽdat cũ ad ħ ſufficiat alia potentia. Sicut intellꝰ per ſe iudicat comedendũ: ⁊ tñ comedere non eſt actus intellꝰ. Jta de volũtate eſt ꝙ actus ſuus ſolũ eſt tendere ⁊ nõ apprehendere. Et tñ per hoc qõ bonũ illud in qõ voluntas tendit apprehẽſum ſit ꝑ qõcũq̃ apprehendaꝫ gaudet voluntas in ipſo tãq̃ in ꝓpꝛio bono: ⁊ ſic magis ferreꝫ voluntas in viſionẽ q̃ in delectationem cum delectatio cõſequatur ex ipſa viſione. Et ſic viſio ꝑtinebit magis ad btitudinẽ q̃ delectatio. De hꝫs. ſ. Tho. ꝑ. 2. q. iiij. arti. ij. ⁊ in ſũma cõtra genti. lib. iij. c. xxiij.

¶ An ad btitudinẽ reqraꝫ cõprehẽſio. Qõ. L.

Queritur an ad btitudinẽ reqraꝫ cõprehenſio. ¶ Dicũt quidã ꝙ non: qꝛ dicit Aug. ad Paulinũ de videndo deũ attingẽ mẽte deũ magna eſt beatitudo: cõprehẽdere aũt ipoſſe eſt. g̃ nõ reqriẽ cõprehenſio. ¶ Jtẽ btitudo eſt ꝓfectio hois ꝓpter q̃ nõ ſũt niſi intellꝰ: ⁊ volũtas: ſz itellꝰ ſufficiẽter ꝑficiẽ ꝑ dei viſionẽ. volũtas aũt ꝑ delectationẽ. g̃ nõ reqriẽ comprehẽſio tanq̃ ad tertiũ. ¶ Jtẽ btitudo ꝓſiſtit i opatiõe. Determinanẽ aũt opationes ꝑ obta. Oba vero gñalia ſẽ duo. ſ. bonũ ⁊ verũ: rñdet verũ viſioni: ⁊ bonũ delectatiõi. g̃ vltra hec non requiritur apprehenſio

An charitas ſit magis appetitus viſionis q̃ delectationis ⁊ qũo vtraq; ei ꝓpꝛia

Queritur Q. Ad qd fiũt nẽcie delectatiões in nã hũana cũ hõ finez cogſcat. ⁊ an errẽt aialia circa delectationez

R

S Cõueniẽs fuit ỽlectationẽ ineẽ opibus hominis ſm ſenſum.

ꝑ

2°

3°

I

Perfectio ⁊ bonum poſt non eſt actꝰ eiꝰ ħ obz ſuum

Y Quare volũtas ꝑ actus ſuũ non ꝓſequitur bonũ ꝓpꝛium

Opinio ꝙrũdam ꝑa rõ

2a rõ

3a rõ

A

B

C triplex bitudo amātis ad ama tum

D

S. Tho. E

F

G

Opio q̄rūdā q̄ ad btitu dinē nō regrit rectitu do volū tatis.

p̄a rō.

2a rō.

3a rō

appꝛehensio: qꝛ nō est aliquod obiectuꝫ ſpeciale de quo ſit. ¶ Dōm q̄ regrit cōꝛehensio ad btitudinē. ¦ Qꝛ p̄a ad cozi. ix. dī. Sic currite vt cōꝛehēdatis. Sꝫ ſpūalis curſus termi natur ad btitudinē: ſic dī. Bonū certamē certaui: curſuꝫ cō ſumaui: fidē ſuaui: in reliq̄ repoſita ē mihi cozona iuſticie. i. btitudo. 2. ad thimo. 4. g̃ comꝛehenſio regrit ad btitudinē. ¶ Conſideradū p̄ hoc q̄ cuꝫ btitudo ꝓſiſtat in ꝓſecutione vltimi finis ea q̄ regrunt ad btitudineꝫ debent ꝓſiderari ex ipſo ozdine hoīs ad finē. Ozdinat aūt hō ad finē intellectua lē ptim per intellz: z ptim per volūtatē. Per itellectū qdez inquātū pexiſtit in intellectu q̄dā cognitio impfecta de ipſo fine. Per volūtatē aūt p̄ qdē per amoꝛē q est p̄mus motꝰ vo luntatis in aliud. ſcōo aūt p realē hitudinē amātis ad ama tum: z hec p̄t eē triplex. ¶ Nā q̄nq̄ amatū est p̃ns amāti: z tunc iā non q̄rit. Q̄nq̄ aūt non est p̃ns: ſꝫ est ipoſle illud ha beri. z ēt non q̄rit. Aliq̄n aūt nō est p̃ns: z ē poſle hr̄i: ſꝫ ē ele uatū ſupꝛa facultatē q̄rētis: ita vt ſtatiꝫ hr̄i nō poſſit. Et hec est hitudo ſperātis ad rem ſpatā: z hec ſola facit inqri qō nō hr̄. ¶ Iſtis aūt tribꝰ. ſ. intellectui aliqualr cognoſcēti finem lz imperfecte: z voluntati amanti: z habitudini amantis ad amatū. rñdent alia tria in btitudine. Nā cognitio pfecta ipſi us finis rñdet impfecte cognitioni: p̃tia finis rñdet hitudi ni ſpēi. delectatio aūt in fine iā p̃ti ptinet ad ipſaꝫ volunta tem ſiue ad amoꝛem. Jō neēe est q̄ ad btitudinē iſta tria cō currant. ſ. viſio q̄ est cognitio pfecta finis intellectualis. z cō pꝛehenſio q̄ ipoꝛtat p̃tiaꝫ finis: z delectatio vel fruitio que dicit q̄tationē quādā in amato poſtq̄ volūtas illud ap̃hē dit. z hꝰ mō comp̃hensio est neēia ad btitudinē. De hꝭ ſcūs Tho. i. 2. q. viij. arti. iij. ¶ Ad p̄mū dōm q̄ cōꝛehenſio du pliciter dī. vno mō vt est inclusio cōꝛehēſi in cōꝛehenden te: z ſic deus p̄t attingi: ſed nō comp̃hendi. vt ait Aug. qꝛ qō comp̃hēdit ab aliq̄ finito neēe est eſſe finitū. Deꝰ aūt infi nitus est: z ipſe ſolus ſe hoc mō comp̃hēdit. ¶ Alio modo comp̃hēſio est tentio vel poſſo rei q̄ p̄ncipalr hr̄. ſic aliquis p̃ns aliquā rē dī eā comp̃hēdere poſtq̄ illā tꝫ. Et hoc modo cōꝛehēſio est neēia ad btitudinē: qꝛ ſūmuꝫ bonū non btifi cat nos niſi poſtq̄ cōꝛehēſuꝫ est. Et ita itelligit qō dicebat apl's: ſic currite vt comp̃hēdatis. i. vt p̃tialr teneatis illud qō q̄ritis. ¶ Ad. ſcōm dōm q̄ beatitudo hoīs non p̄t ptine re per ſe niſi ad intellz z voluntatē. Et tñ ad iſtas duas po tentias ptinēt iſta tria: viſio: cōꝛehēſio: z delectatio. Quia cōꝛehēſio z delectatio ptinent ſil' ad voluntatē: qꝛ ſicut ad voluntatē pertinet ſpes z amoꝛ cū eiusdē ſit amare aliqd z intēdere in illud nōdū habitū: ita z ad volūtatē pertinet cō pꝛehēſio z delectatio: qꝛ eiusdē est hr̄e aliqd z q̄escere in illo. Comp̃hensio tñ est ipm hr̄e: delectatio aūt est ipm q̄escere. ¶ Ad tertiū dōm q̄ verū z bonū sunt oba gñalia ad q̄ reg runt diſtincte potētie. Et ſub rōne veri z boni non p̄t hr̄i: niſi viſio z delectatio. ¶ In quoꝫ tñ iſtoꝝ p̄t fundari ratio pꝛeſentis vel abſntis. Nā veꝝ ſm q̄ est abſns q̄rit: z ſm q̄ ē p̃ns teneꝝ. Si g̃ veꝝ ꝓſideꝛet ſub rōne veri vi. ſi aūt ſub rōe p̃tis teneꝝ. Et iſta est cōꝛehenſio. Et ſic ad intellectū perti net viſio z comp̃hēſio. Sic ēt de bono. Nā bono inquātum bonū est fruimur: z iſta est delectatio. Inquātum vō p̃ns est teneꝝ: z est comp̃hensio. ¶ Uiſio g̃ determinate ſe tꝫ ex pte intell's: z delectatio ex parte volūtatis: compꝛehēſio aūt ex parte vtriuſq̄ licꝫ magis ꝓpꝛie ptinet ad voluntatē. cū com pꝛehenſio rñdeat ſpei q̄ est in volūtate z non in intellectu: vt est ſpes virtus theologica.

¶ An ad btitudinē regraꝝ rectitudo volūtatis. Qō. LII.

Queritur an ad beatitudinem regraꝝ rectitudo voluntatis. ¶ Quidā dicūt q̄ nō: qꝛ beatitudo ꝓſiſtit eēntialr in opatione intell's: vt oñſuꝫ ē. ſ. q. xxxiij. z tñ ad perfectā operationē intell's non regrit aliq̄ rectitudo volūtatis ſm quā hoies boni z mundi ſūt: qꝛ mul ti mali ſunt ſapiētes. Unde dicit Aug. in lib. retractationum. Non appꝛobo q̄ in oꝛone dixi. Deus q non niſi mūdos ſci re verū voluiſti. Rñderi. n. p̄t multos non mūdos multa ſci re vera. g̃ rectitudo voluntatis non regrit ad beatitudineꝫ. ¶ Itē p̄us non dependet a posteꝛioꝛi: ſed opatio intell's est pꝛioꝛ opatione voluntatis. g̃ btitudo que est opatio intell's non dependet a rectitudine volūtatis. ¶ Itē illud qō oꝛdi natur ad aliō tā q̄ ad finē nō est neēiuꝫ acq̄ſito fine: ſic na uis non est neēia cōpleta nauigatione. Rectitudo aūt volū tatis q̄ est per virtutē ozdinaꝝ ad beatitudinē tanq̄ ad ad fi nem. g̃ habita btitudine non est, iā neēia rectitudo volunta tis. ¶ Dōm q̄ rectitudo volūtatis regrit ad beatitudinem tā q̄ aliqd antecedens ad ipaꝫ: z ēt tā q̄ p̃ns eā. ¶ De pꝛio pꝫ qꝛ: rectitudo volūtatis est per debitū ozdinē hoīs ad finē vltimū. finis aūt compaꝝ ad id qō ozdinaꝝ ad finē ſicut foꝛa ad mām. Uñ ſicut mā non p̄t ꝓſeq̄ foꝛaꝫ niſi ſit debito mō di ſpoſita ad ſuſcipiendū illā. Ita hō non ꝓſeq̄t finē ſuū niſi de bito mō ſit ozdinatus ad ipm. Et ſic nulluſ p̄t ad beatitudi nem pꝛenire niſi hēat rectitudinē voluntatis q̄ ozdinat ad btitudinē. ſic dī. ſ. i lra. Beati mūdo coꝛde qm̃ ipſi deū vide bunt. i. p mundiciā coꝛdis peꝛueniēt ad videndū deū: q̄ viſio est btitudo. ¶ Sicut ēt dī ad hebꝛ. xiij. Pacē ſeqmini cum oībus z ſcimoniam: ſine q̄ nemo videbit deū. i. ſi illā nō ha buerit nō peꝛueniet ad videndū deū: z tñ ſcimonia est mun dicia voluntatis vel rectitudo eius. ¶ De ſcōo pꝫ. ſ. q̄ requi ratur rectitudo volūtatis vt p̃ns vel ꝓcomitās beatitudinē: qꝛ beatitudo ꝓſiſtit in dei viſiōe: vt ꝓbatū fuit. ſ. q. xl. Eſſen tia aūt diuina est ipſa nā bonitatis. Et ita volūtas videntis dei eēntiam ex neēitate amat in oꝛdine ad deū q̄cq̄d amat ſi cut voluntas non videtis diuinā eſſentiā q̄cq̄d amat: amat ex neēitate ſub rōne cōi boni quā nouit. Et hꝰ est qō facit vo luntatē rectaꝫ. ſ. qꝛ amat q̄cq̄d amat ſub rōne boni veri. Ita erit in btitudine: qꝛ amabunt oīa que deꝰ amat inquātū ipe illa amatꝰ q̄ est tota nā bonitatis. z est regla oiuꝫ diligēdoꝝ. ideo neēe erit q̄ cū beatitudine ſit rectitudo volūtatis non tā q̄ aliqd ſupadditū: ſꝫ tā q̄ aliquid p ſe p̃ns eā ſicut ōlecta tio per ſe ꝓſeq̄t btitudinē. De hꝭ. ſ. Tho. p. 2e. q. iij. arti. iij. ¶ Ad p̄mū dōm q̄ aliq̄ vera p̃t cognoſci ſine rectitudine voluntatis. Uerū tñ qō in ſe hꝫ ſil' nām totius vitatis z bo nitatis non p̄t cogſci clare ſine rectitudine volūtatis: quia ſicut in eo veꝝ z bonū idē ſt: z vtrūq̄ ſūmū ē. Ita, vidēs illō non ſolū efficit intelligēs p illud: ſꝫ ēt efficit bonꝰ. Iſtō aūt est in btitudine q̄ est viſio dei in q̄ non p̄t aliqs eſſe intelli gens niſi ēt bonus ſit. Jō regrit ad viſionē illā rectitudo vo luntatis. ¶ Et dato q̄ eēt poſle aliquē non hñtē rectā volū tatē peruenire ad videndū deū: neēe erat q̄ ſil' in ipſa viſiōe ꝓſeq̄reꝝ rectitudinē volūtatis cū vnireꝝ ipſi nāe totius boni z amaret eā z dirigereꝝ p eā tā q̄ p regl'aꝫ bonoꝝ z diligen doꝝ. Et iſtud erat hr̄e rectā voluntatē cū rectitudo ſit per hꝰ q̄ regl'atiuū ꝓformaꝝ regl'e. ¶ In aliꝭ aūt rebꝰ p̄t aliquis intelligere veꝝ non hñs rectitudinē voluntatis: qꝛ illa licet ſint ſil' vera z bona: tñ nō ſunt regl'a bonoꝝ: ita vt p eoꝝ adeptionē neēe ſit voluntatē eſſe rectā. ¶ Ad ſcōꝫ dōm q̄ oīs actus voluntaꝝ ꝓcediꝫ ab aliq̄ actu intell's: z tñ aliquiſ actꝰ voluntaꝝ est q̄ ꝓcedit aliquē actū intell's. ¶ Pꝛo q̄ ſciē dū q̄ intell's hꝫ duos actꝰ circa btitudinē. ſ. iudicare de obo ei z qd est illud in q̄ ꝓſiſtit btitudo. Alioꝰ ē attingere ipſum obꝫ btitudinis p cognitionē. ¶ Uolūtas ēt hꝫ duos actus circa btitudinē. ſ. tendē in illā p modū amoꝛis z ſpei z dele ctari in illa poſtq̄ hita est. ¶ Pꝛimꝰ actꝰ intell's est ſimpl'r p̃mꝰ ēē btitudinē. ſ. qꝛ ipe añ oīa iudicat q̄ btitudo ſit ſūmū bonū z in q̄ ꝓſiſtit. ¶ Poſt iſtū ſeqt̄ p̃mꝰ actus volūtaꝝ: qꝛ moꝝ vt volūtas iudicāte intellectu aḡuit btitudinē eē ſūmū bonū: amat illā z tēdit i eā: cū ſoliꝰ volūtaꝝ ſit tēdē i aliqd vt ī finē. ¶ Poſt iſtū ſeqt̄ ſcōs actꝰ itell's. ſ. attigē btitudinez p viſionē: qꝛ ſolus intell's est q̄ p̄t imediate vniri deo cogſcen do ipꝫ. Nulla āt pō nr̄a est cuiꝰ actꝰ poſſit ptingē imediate ad deū. ¶ Poſt hūc ſuccedit ſcōs actꝰ volūtaꝝ q̄ est ōlectari in ipſo ſūmo bono iā hito p actū intell's z q̄ſcere in ipo. Et ſic p̄mus actꝰ intell's est añ oēz actū volūtaꝝ: z tñ p̃mꝰ actuſ voluntatis est añ ſcōꝫ actū intell's. Et tñ in ipſo actu volun tatis regrit rectitudo eiꝰ. ſ. recta inclinatio in finē per media pueniēcia ad finē. Et iſte actus volūtatis p̄cedit ſcōꝫ actum intell's: vt dcm̃ est: z in illo ꝓſiſtit btitudo: qꝛ ille est viſio: vt dcm̃ est. g̃ regrit ad btitudinez rectitudo volūtaꝝ tā q̄ aliqd p̄cedēs. ¶ Ad 3m dōꝫ q̄ oē qō ozdinaꝝ ad finē ceſſat adue niente fine: ſꝫ ſolū qō ſe hꝫ in rōne impfecti z motꝰ vel inſtrꝫ ſic habita foꝛma ceſſat motus z omnia inſtrumēta per que aliqd fit. Fcā re non ſūt neēia ſic est in inſtrꝭ hedificandi fa cta domo. Rectitudo aūt voluntatis dicit pfectionē. Jō etiā hita rectitudine non ceſſat: ſꝫ ibi pfectius hr̄. Sicut quādiu res est in motu ad albedinē hꝫ albedinem impfectā: qꝛ cū illa foꝛma acquiraꝝ ſucceſſiue in q̄libet pte motus illiuſ que est dealbatio est aliqd albedinis: z illō nō ceſſat aduenīte pfecta albedine; ſꝫ potius qō erat p̄us ipfectū tunc pficitur.

¶ Alr etiā

A Rñ. ad q̄ſtū. q. q̄ vo luntatis re ctitudo est neceſſaria ad beatitu dinem.

B

C De duobuſ actib⁹ intel lectꝰ circa felicitatē z aliꝭ duob⁹ actib⁹ volū tatis circa eādē z de eoꝝ ozdine

D

¶ Alr ēt pōt dici q; si aliqd ordinat solū ad acqrendū finez habito fine cessat illud. Si tn̄ sit nō solū ad acqrendū: sed ēt ad ꝓseruādū acqsito fine adhuc illud manet. ¶ De ꝑmo pz vt in medicinis curatis q̄ hita sanitate iā nō ministrant. De scō pz vt in speculari. Qz per specl'ari efficit aliqs sapiens: z tn̄ hita sapia non cessat specl'atio: sz tūc magis speculamur qz sine speculatiōe periret scia p lōgā dissuetudinem actus. Sic ēt pz gn̄al'r de oib⁹ vtutibus moralib⁹ q̄ gignūt ex actibus z postea genite eosdē actus hn̄t. vt pz. 2. ethi. Ita rectitudo volūtatis facit ad ꝓseruationē btitudinis. sic ad acqsitionē. Jō hita btitudine nondū cessat ista rectitudo.

¶ An hēre corpus regrat ad btitudinez: vel a sola aīa manens potest esse beata. Questio. LII

Opio ꝗrundā q; corp⁹ regnitur ad btitudinez. p⁹ rō

Queritur an hēre corpus regrat ad btitudinez vel si pōt aīa sola manens esse beata.

¶ Aliq dicūt q; regrit corpus: qz pfectio vtutis vel gr̄e aut gl'ie ꝑsupponit pfectionē nāe: sed btitudo est pfectio vtutis sicut in morali vel gr̄e aut gl'ie sicut in visiōe dei. aīa tn̄ sine corpe nō hz pfectionē nāe: cum sit nāl'r pars nāe hūane. oīs aūt ps est iperfecta sepata a suo toto. g̃ aīa sine corpe nō pōt esse bta. 2⁹ rō

¶ Jtē btitudo est opatio q̄dā pfecta: qz al's nō esset in ea oē bonū. opatio tn̄ pfecta nō est nisi entis pfecti: qz nihil opat nisi fm q; est ens in actu. Cū g̃ aīa nō hēat eē perfectū qn̄ est a corpe sepata sic nec ps sepata a toto segl̄ q; aīa nō poterit sine corpe eē bta. 3⁹ rō

¶ Jtē btitudo est pfectio hois: z ꝑpriū bonum eius. Aīa tn̄ sine corpe nō est hō. g̃ aīa sine corpe nō pōt esse bta. 4⁹ rō

¶ Jtē opatio in q̄ ꝑsistit btitudo dz eē non ipedita fm Aristo. x. ethico. Opatio tn̄ aīe sepate a corpe est ipedita: qz vt dicit Aug. xij. sup gen. ad lr̄am. Inest ei quidā nālis appetitus corpus administrādi quo appetitu retardat quodāmodo ne tota intētione pgat ad illud sūmū ce luz. i. in visionē diuine eentie. g̃ sine corpe nō erit bta. 5⁹ rō

¶ Jtē btitudo est bonū sufficiēs z getat appetitū aīe. aīe aūt sepate nō cōpetit qes: qz adhuc appetit administrare corpus: vt dicit Aug. g̃ nō est bta sine corpe. 6⁹ rō

¶ Jtē in btitudine erunt hoies equales angelis Luc. xx. z tn̄ aīa sepata non pōt esse eq̄lis angelis: g̃ nō pōt eē bta. Pz p Aug. vbi. s̄.

A Rn̄sio auctoris ad q̄stū qōnis.

¶ Dom q; btitudo ē duplex. vna est ipfecta q̄lis in hac vita hr̄. alia est pfecta q̄ ꝑsistit in dei visione. ¶ Ad btitudinē impfectā h⁹ vite manifestū ē q; corpus regrit: qz nō ꝑt hō eē in hac vita nisi q̄diu aīa in corpe fuerit. Etiā qz btitudo h⁹ vite ꝑsistit i opatione intel's specl'atiui vel practici: sz btitudo speculatiua de q̄ Arist. x. ethi. ꝑsistit in opatione intel's. speculatiui. speculari aūt nō fit sine fantasmate in hac vita. 3. de aīa. s. opz in telligentē fantasmata speculari. fantasma āt nō hr̄ nisi p organū corporeū. g̃ btitudo speculatiua huius vite q̄dāmō dependet a corpe. P⁹ btitudo

¶ Est alia btitudo ipfecta h⁹ vite q̄ ꝑsistit i actu intell'ꝫ pctici. Et hꝫ ē p vtutes morales. s. p actū optiaz vtutū de q̄ ꝑ. ethi. s. opatiōes morales sūt cēt res exteriores. g̃ ista btitudo adhuc magis depēdet a corpe q̄z btitudo ꝑspeculatiua. ¶ Si aūt loq̄mur de btitudine pfecta q̄ in dei visiōe ꝑsistit. qdā dixerunt q; nō pōt eē btitudo in aīa sepata a corpore. z dicūt q; aie sanctoz q̄z diu a corpib⁹ sepate sūt ad istā btitudinē nō ptingūt. sz pueniēt in die iudicij qn̄ corpa resumēt. ¶ Jstō pz eē fl'z auctate z rōne. auctate pz qz apl's dicit. 2. ad corin. 5. Quādiu sum⁹ in corpe pegrinamur a dño. Et subdit ibi rōez h⁹ pegrinatiōis dicēs. Per fidē. n. ambulamus z nō per spēm. i. nondū videmus: sz solū credim⁹. Ex quo appet q; quādiu aliqs ābulat p fidē z nō per spēm carēs visione diuine essentie. nondū est deo pn̄s p qō hō btūs efficit. Un̄ subdit. e. c. Audem⁹ aūt z bona volūtatē hēmus pegrinari a corpe: z pn̄tes eē ad deū. Et sic inuit q; imediate vt hō pegrinat a corpe pōt esse pn̄s deo. Sic manifestuz est q; aīe scōz sepate a corpibus ambulant p spēz. s. pn̄tes sūt deo z eius eentiā clare vident: qō est ambulare p spēz z nō per fidē. g̃ btitudinē hn̄t cū in hac visione sit btitudo.

Opio ꝗrundam.

B Improbat opi. ꝑdicta p auctitate

¶ Jtē pz hoc rōne: qz intel's ad sui operationē nō indiget corpe nisi pp fantasmata p q̄ intelligit. Diuina tn̄ eentia nō pōt videri per fantasmata: nec p aliquā sil'itudinē creatā intellectualē. Qz q̄libet talis distat ab ea in ifinitū: sz seipaz solū videri pōt: vt oñsum est. s. q. xl. z tn̄ in hac visione est btitudo. g̃ aīa sepata a corpe pōt eē bta.

C Improbat

¶ Cōsiderandū tn̄ q; ad pfectionē alicui⁹ rei pōt aliqd dupl'r ptinere. Uno mō ad cōstitutiuā eentiā rei sicut aīa regrit ad pfectionē hois. ¶ Alio mō dr̄ regri ad pfectionē rei illud qō ptinet ad bene esse suū z sic ad pfectionē hois regrit pulchritudo z robur corpis: z viuacitas sensuū: z sanitas z silia. ¶ Accipiēdo p mō nō ptinet corpus ad btitudinē pfectā: qz totū qō est de ꝺba beatitudinis aīa sola hēre pōt. Accipiendo scō mō corpus ptinet ad pfectionē btitudinis. Cū. n. opatio depēdeat ex nā rei quāto aīa pfectior erit in nā sua tāto perfectio⁹ hēbit suā propriā opationē in q̄ ꝑsistit btitudo. Corp⁹ tn̄ pertinet aliquo mō ad pfectionē aie: qz nāle est aie esse in corpe cū sit foīa illius. z ambo sint partes spēi hūane. ideo perfecti⁹ hēbit aīa bitudinē in corpe q̄z ex corpus. ¶ Un̄ Aug. xij. sup gen. ad lr̄am cū quesiuisset vtr̄ spiritib⁹ defunctor̄ siue corporibus posset sūma illa btitudo ꝑberi. rndet q; nō sic pn̄t videre incōmutabilē ꝺam vt sci angeli vident sine alia latentiori cā. Jdeo qz in eis nālis q̄dā appetitus ē corpus administrādi. Et ob hꝫ hz aie sanctor̄ btē sint: p perfectior tn̄ erit eor̄ btitudo post diē iudicij resūptis corpib⁹ q̄z nūc. De hȳs. s. Tho. p. 2ᵉ. q. 4. arti. 5. ¶ Ad pm̄ dōz q; btitudo est perfectio aie ex pte intel'ꝫ fm quā partē trāscendit corporis organa: z non est btitudo pfectio eius fm q; est foīa corpis humani. Et sic manet aie sua pfectio fm quā pōt esse btā. Si aūt cōpeteret ei btitudo inquātū est foīa corpis non posset illā hr̄e nisi in corpore: z eēt tūc btitudo solius cōpositi z nō aie. Cōpetit tn̄ sibi fm ptē supiorē fm quā absoluta est a corpe z qn̄i corpore est. ió non indiget corpore ad btitudinez. ¶ Ad scōm dōm q; opatio perfecta solius entis perfecti est. aīa aūt sepata a corpe eē perfectū hz: qz hz totū eē cōpositi: lz. n. aīa sit ps hois non se hz ad suū totū sic partes in aliꝭ cōpositis. Qz gn̄al'r in q̄lz cōposito eē totius nō est alicuius ptis sue. Nā mā non hz esse: sz illud a foīa suscepit. foīa aūt ēt non hz eē: sed est quo cōpositū est. Qō pz qz post compositū nō manet z tn̄ si foīa hr̄et esse ēt dissoluto cōposito maneret cū nō corrūpat foīa: sz compositū. Et tn̄ non manet. g̃ esse nō fuit eius sed cōpositi. Jō corrupto composito gn̄al'r partes oino esse desinunt sic in partib⁹ aialis q̄ postea esse non hn̄t tale q̄le in composito. ideo nec aliqō eē: qz aīa aialis mōtui nihil oio est corpus ēt illi⁹ non hz esse: qz trāsit ad alterā spēz: z sic mā z forma illi⁹ nihil sunt. ¶ Aliqn̄ aūt manēt partes: z nō hz idē esse. Sicut diuisa linea manēt partes linee: qz q̄lz illaz est linea: z tn̄ non hn̄t idē esse: qz ꝑus nulla eaz erat linea: sz pars. nūc aūt q̄lz eaz est linea. Aīa aūt humana hz aliqd spāle: qz ipsa hz totū esse compositi. Nā in hoie est vnicū eē cū hōmo sit vnica res: z illud esse est foīe: qz aīa p se hz esse: z illud cōicat corpori: z eē hois nō est aliō. nisi p hoc q; aīa dans eē corpori facit resultare vnā tertiā nām q̄ est hō: z tn̄ tertia nā ista non subsistit per aliud eē q̄z p illud qō hz aīa. Qz al's darēt q; in hoie eēnt duo eē. s. vnū hominis: z alterz aie vel darēt q; esse eēt ipsius hois: z aīa non hr̄et eē. vtrūq; est fl'z. ¶ Primū pz qz tunc homo non eēt vna res: sed due qz ens dī ab eē. Si g̃ in hoie eēnt duo esse eēt homo duo entia: qō fl'm est. ¶ Scōm pz qz tunc hoie moztuo non posset manere aīa eius si non hr̄et eē: z tn̄ manet. g̃ ipsa dū erat in corpore hēbat esse. Et ista est dīa inter animā hois z pecoz qz ille non hn̄t eē in composito: sz eē est ipsoz pecoz. ió motuo pecore impol'e est manere animā eius cū nullū eē hēat. Si aūt hr̄t eē nece ē q; oēs anime pecoz manerēt post mortem ipsoz sicut aīe hūane. Anima aūt hominis: qz duz erat in corpore hēbat totū esse cōpositi: nūc ēt sepata a cōpore hz totū eē hominis. Et sic in anima sepata manet totū z perfectū eē hominis: lz non maneat tota nā spēi. Et sic potest hr̄e operationē perfectā cū operatio ꝓsequatur eē rei: z sic hēbit aīa seperata beatitudinē q̄ est operatio perfecta. ¶ Ad tertiū dōm q; lz aīa separata non sit hō. pōt tn̄ eē bta: qz beatitudo lz ꝓueniat homini non ꝓuenit ei nisi solū fm intel'm: ideo separato intellectu ab homine poterit eē btitudo initellectu. Sic ethiops nō ē alb⁹ simpl'r sz fz dētes: ió dentes sui cuulsi adhuc vocabunt albi: z ipse sī manēt sine dētibus ió nullo mō vocaret albus nec simpl'r nec fz qd. ¶ Ad qrtuz dōm q; anima sepata hz operationē aliqual'r impeditā. z tn̄ illud impedimentū non sufficit tollere beatitudinē. ¶ Pro quo sciendū q; aliqd impedit dupl'r. vno modo per modum ꝛietatis sic frigus impedit actionē calozis. Et tale impedimentū in operatione tolleret beatitudinē. ¶ Alio modo est impedimentū per modū cuiusdā defect⁹ vel imperfectionis in operatione. s. qz res ipedita non hz qcqd desiderat ad sui perfectionē: z tale impedimētū non repugnat felicitati: sed

repugnat

Ad 1ᵐ argu.

Ad 2ᵐ argu. Aīa sola interfozmas hz esse: q; hō i hz aliud esse nisi anime

Dīa inter homi nū z pecoz aiaz mas.

Ad 3ᵐ argu.

Ad 4ᵐ argu. Aliqd ped itiū duplic

repugnat pfectioni totali felicitatis. Ita qđ non p̄t eē res totalr felix: ztn̄ felix erit. Ita separatio aie a corpore dicit retardare animā ne tota intentione tendat in visionez diuine eēntie. Appetit. n. ipsa anima sic frui deo q̄ ēt ipa fruitio deriuetur ad corp̄ per redūdātiā quādā eo mō quo est pōle q̄diu ergo aia fruitur deo sine corpore appetitus eius sic qescit in deo q̄ adhuc tn̄ vellet qđ corpus suū ptingeret ad hāc ptici patione. ¶ Ad qntū dicēdū qđ beatitudo qetat appetitū: z appetitus aie sepate quietaf: z tn̄ adhuc manet ei desideriū qđ corpus pueniat ad illā beatitudinē. ¶ Et cū dicit qđ beatitudo est perfectū bonus: iō ipsa habita qescit appetit⁹. s. qz nō q̄rit aliud bonus si bi satisfactū eē videns. Et tn̄ adhuc potest desiderare qđ ad istud bonus pticipandū pueniant alīq: sic ille qui hz totū qđ vult btūs dz: z tn̄ adhuc desiderat qđ amicus suus hēat ptē illoz bonoz que ipse hz. Et iste appetit⁹ non repugnat btitudini. ¶ Uel pōt dici alīs verbis q̄ beatitudo qetat appetitus ex pte obiecti appetibilis. s. qz appetitus hz bonū qđ ei sufficit: z tn̄ non opz qđ qescat totalr appetit⁹ adhuc ex pte appetentis. s. qz forte non possidet istud bonus fm oēm modum quo possidere posset z vellet: z sic aia separata fruitur deo solū per seipsaz. Posset āt frui ēt: fm quandā redundantiam in corpus: iō illā desiderat. z sic qñ corpus resumpserit crescit beatitudo sua: nō qdez intensiue: sed extēsiue. s. qz idē gaudiū erit: z de eadē re: nec aduēiet aliqđ bonū de quo anima nouiter gaudere possit: sed extēdef ista beatitudo: qz erat p̄us in aia postea āt redūdabit ēt in corpus. ¶ Ad sextū dicendū qđ aie beatoz siue ante resurrectionē siue post erunt eq̄les angelis: qđ tn̄ non sint eq̄les eis vel nō contēplenf sic angeli añ corpoz resumptionē pōt intelligi fm eq̄litatē q̄titatis vel cuiusdā ppoztionis. ¶ Si p̄mo mō fīm est: qz multe aie añ corpa resumpta erant beatioreȝ angelis: sic aīa beate virginis añq̄ reuniref corpori sic pie credit reunita erat beatior oib⁹ āgelis: z excellētius videbat diuinā essentiā q̄ illi sz eccl'ia cātat de illa: exaltata est sancta dei genitrix sup choros angeloz ad celestia regna. ¶ Si scđo mō vez ē: qz aie sepate nō cōtēplanf deū sic angeli ex toto conatu suo cōtēplantur deū: cū nihil hēant qđ eos retardet. Aie āt separate retardanf aliq̄ mō pp desideriū corpoz vt non toto conatu deū contēplenf. Et sic intelligit aug. Doc tn̄ non facit aīas sepatas minores angelis in beatitudie: cū possint eē omnes simpl'r maiores qbusdam angelis.

¶ An ad beatitudinē perfectaz requiratur aliqua perfectio corporis. Questio. LIII.

Queritur an ad beatitudinē pfectā requiraf aliq̄ pfectio corporis. ¶ Dicunt qdā qđ nō: qz pfectio corporis est qđdā corpale bonū. Fuit tn̄ oñsum. s. q. xxiij. q̄ btitudo nō cōsistat in bonis corpalib⁹: g̃ non regritur ad beatitudinē aliq̄ dispō corpis. ¶ Itē beatitudo cōsistit in visione diuine essentie. vt oñsum est. s. q. xl. z tn̄ ad istā visionē corpus nihil confert: qz per corp⁹ nō ministranf nisi fantasmata intellectui. Sed ista non erunt neēia ad btitudinez vt oñsum est p̄cedenti. q. g̃ nō regrit perfectio aliq̄ corporis ad beatitudinē. ¶ Itē q̄to itellect⁹ est magis abstract⁹ a corpore tanto pfectius intelligit. Btitudo tn̄ consistit in opōne pfectissima intellect⁹: oz g̃ aiaz esse oibus modis abstractā a corpore ad hñdā btitudinē. ¶ Dicendū q̄ qñ q̄rit hic an regraf perfectio aliq̄ corpis ad pfectā btitudinē non q̄ritur an in aliquo bono vel pfectione corpis possit eē btitudo tanq̄ in obo. Qđ oñsum est q̄ non pōt esse btitudo in bōis corporalib⁹, s. q. xxiij. sed q̄rit an aliqđ bonū corporale regratur tanq̄ dispō quedā ad p̄sequēdū btitudinē vl' ad pfcē possidendū eā. ¶ Itē cū querit hic de bonis corpalib⁹ an pertineant ad beatitudinē: nō debēt accipi large bōa corporis p omni bono qđ est ex̄ aiam: qz illa vocantur bona exteriora. Et sunt corpalia: qdā ipsoz non tn̄ sunt bona corporis. Hic autē querim⁹ soluz de bonis corporis: z ista sunt qdā perfectiones corporis vt est sanitas pulchritudo robur corporis viuacitas sensuū: agilitas mēbroz z sil'ia. ¶ Nunc dōz qđ vt sepe dictū est duplex est btitudo: quedā pfecta z alia iperfecta. Si loq̄mur de ipfecta q̄lis hētur in hac vita: dicēdū q̄ regrunt aliqua bōa corpis: qz btitudo ista est duplex. s. qdaz speculatiua: z qdaz p̄tica. ¶ Speculatiua btitudo idiget sanitate: qz egri nō pnt speculari: indiget ēt bona dispōe organoz saltē fantasticoz: qz ex dispōne bona vel mala fantasie puenit q̄ qdā hoies sunt oīno rudes: alī vero acutissimi: qđ regrit ad speculari. Qz lz qlibet q̄tūcūq̄ rudis agēte labore z disciplina puenit ad aliqd intelligendū non tn̄ sufficiet ad beatitudinē speculatiuā: qz nō q̄libet opō cāt felicitatem: sed opō fm perfectā virtutē p̄mo. ethi. In hoib⁹ āt qui sūt nāliter valde rudes est speculatio cū difficultate: z sic est opatio ipedita: z nō pōt puenire ad magnā excellētiā. Jō nō poterit eē in talibus btitudo speculatiua ēt lz pnt̄ vitā. ¶ Si āt loq̄mur de btitudine p̄atica ēt regritur sanitas: qz cū illa p̄sistat in opōne virtutis: z multe egritudines sunt q̄ oīo tollunt vsum rōnis sic̄ frenesis: z similes: neēe ē ab his eē liberū hoiez. Sñaliter tn̄ ois egritudo: z si nō tollat oīno actum virt⁹ tn̄ impedit valde. btitudo tn̄ est opatio nō impedita. x. ethi. sanitas g̃ regrit ad btitudinē. ¶ Alia āt corporis bona s. robur pulchritudo z sil'ia: z si non sint oīno neēia ad beatitudinē p̄actica: sunt tn̄ valde cōueniētia tāq̄ adiuuātia vel p̄decorātia. Et sic ad btitudinē regrunt aliq̄ bona decorantia: z sic est delectatio. x. ethi. s. delectatio pficit opōnē sic decoz iuuētutez: z agit ibi de operatione felicitatis. ¶ Etiā p̄z hoc: qz lz btitudo hui⁹ vite p̄ncipalr p̄sistat i opōe cū sit operatio fm virtutē pfectā. p̄ ethi. tn̄ z dicit quādā aggregatōez bonoz sicut dicit Boe⁹. de p̄sol. li. iij. p̄sa. ij. Btitudo est stat⁹ oīuz bonoz aggregatiōe pfect⁹. Bona tn̄ corpis. s. robur pulchritudo: z sil'ia sunt q̄dā bōa. Jō ad btitudinē istā aliqd faciunt: sic dīc Arist. p̄ ethi. Non oio felix est q turpis facie est vel sine ple. ¶ Si aūt loq̄mur de btitudine pfecta. Dicūt qdā q̄ non regritur ad eā aliq̄ corpis dispō: sz potiꝰ regrit q̄ aia sit oīno sepata a corpore. Uñ Aug. xxij. ō ciui. dei. Introducit vba porfirij dicētis q̄ ad hoc q̄ aia sit bona oē corpus fugiendū est. ¶ Sed hꝰ est inconueniens: qz nāle est aie vniri corpori cū sit forma ei⁹: z p̄s spēi nō est āt pol'e q̄ istō qđ est nāle aie tollat pfectionē ei⁹ maximū. s. btitudinē ad quā nāliter inclinaf. ¶ Jō dōm q̄ ad btitudinē pfectā que est in visione dei nō regrit corp⁹ vt pbatū est p̄cedenti. q. qz aia separata pōt deū videf: z ista est sōa btitudinis. Ista tn̄ nō est oīno pfecta btitudo: qz vt ibi oñsum est: aia separata 'aliq̄l'r retardaf ab hoc q̄ tēdat in dei visionē toto conatu: per hꝰ q̄ appetit corpus administrare. ¶ Dōm g̃ q̄ hīe corp⁹: z hīe pfectiones eius regrit ad btitudinē oīo pfectā tāq̄ antecedēs: z tāq̄ p̄ns. ¶ De p̄ pz: qz vt dicit Aug. xij. sup gen. ad lr̄az: sic tale sit cōp⁹ cuius sit difficilis z g̃uis administratio sic̄ caro que corrūpit z aggrauat aiaz auertit mēs ab illa visiōe sūmi celi. i. a visiōe dei. Uñ p̄cludit qđ cū hꝰ corp⁹ iā nō erit aiale: sed spūale: tūc angelis adeq̄bit: z erit ei ad gl'iā qđ hic fuit ei ad sarcinā. i. pficiet corp⁹ istud ad gl'iā: z sic erit q̄si qdā antecedēs ad perfectā btitudinē. ¶ De scđo pz: qz de beatitudie aie fiet quedā redūdantia in corpus vt ēt ipsum corp⁹ sua pfectione potiaf: sic dīc Aug. in epl'a ad dioscoz q̄ tā potentis nāe deus fec aiaz vt ex eius plenissima beatitudine redūdet in inferiorē nām incorruptiōis vigor. Istō aūt ē valde cōueniens: qz lz aia per se possit eē btā tn̄ ipsa nō est hō. Ut ergo nā hūana que btitudinis capax ē aliq̄n beatificet oz corpus eē vnitū aīe: z hīe pfectiōes suas. Jō de⁹ ad btitudinez nō solū p̄misit bona aīe: sed ēt bona corpis Isa. vlt. s. videbitis z gaudebit cor vīm z ossa vīa sic herba germinabūt. ergo in corpore erit pfectio aliq̄ in beatitudine. ¶ Ad p̄mum dōm q̄ btitudo nō consistit in aliq̄ bono corpali q̄si in obto. Regrit tn̄ q̄sdā dispōnes corpales ad hñdū plen⁹ btitudinē vl' ad eā magis possidendū. ¶ Ad fm dōm qđ ad visionem dei in qua p̄sistit eēn⁹ vere btitudis corp⁹ nihil facit directe: z tn̄ regrit ad istā visionē: qz si aia nō hīet corp⁹ retardaret ne totalr tēderet in deū. vt. s. dcm̄ est. ¶ Ad tertiū dōm qđ ad opōnē pfectā itellectus nō regrit abstractio a corpe simpl'r: sed abstractio a corpe corruptibili qđ intellectū ipedit. Nam corp⁹ absolute ñ ipedit itellectū: sz corp⁹ vt ē cōruptibile. sap. ix. Corp⁹ qđ corrūpit aggrauat aiam. Corpus tn̄ post resurrectionē erit incorruptibile z spūale. p̄ma ad corint. xv. g̃ tale corpus nō impedit: sed potius iuuabit beatitudinē. De hīs scūs Tho. p̄ma scđe. q. iij. arti. vi.

¶ An ad beatitudinē pfectā regrantur bona exteriora. Questio. LIIII.

Queritur An ad beatitudinē perfectā requirātur bona exteriora. ¶ Aliqui dicūt q̄ sic: qz istud quod in p̄miū sctis p̄mittitur ad beatitudinez pertinet. Sanctis tamen p̄mittuntur bona exteriora. s. eib⁹:

D Ad 5m argu.

3 Ad 6m argum.

Opinio q̄rundā p̄ma rō.

scđa rō.

3a rō.

Rñsio ad q̄stū q̄nis. A

B

C

Duplex btitudo

E

F

Ad p̄m ar.

G

Ad 2m ar.

D

Ad 3m ar.

Opi. aliq̄rū q̄ q̄rāf bona exteriora ad btitudinem.

p̄a rō.

2ª rō.

3ª rō.

A Rñdet ad q̄sitū qōis.

B Que bona requirūtur ad felicitatem.

C

D

E

F

Ad q̄m argu.

Ad fm argu.

Ad 3m argu.

Rñdet ad q̄st qōis.

A

B

z potus: z regnuz. luc. xxij. Ego dispono vobis sic disposuit mihi pr̄ meus regnū: vt edatis z bibatis super mēsam meā in regno meo. Et q: dī q̄ scti hēbunt thesauros. sequēti. ca. Thesaurizate vobis thesauros in cel'. z. j. xxv. dī. Uenite benedicti pr̄is mei possidete regnū. ḡ ad btitudinē exterioza bōa ptinent. ¶ Jtē fz Boeciū. iij. de ꝓso. ꝓsa. ij. btitudo est status oiuz bonoꝝ aggregatōe pfectº: exterioza tñ sūt q̄dā bona lz minima: vt ait Aug. ḡ requirunt ad btitudinē. ¶ Jtez ē. in lra dī merces via copiosa est in celis: sed eē in celis ē eē in loco. ḡ saltē locus exterioz reqrit ad btitudinē. ¶ Dōz q̄ hic nō q̄rit an bona exterioza que sunt ꝓpr̄ie bōa fortune p tineant ad btitudinē ita q̄ in eis sit btituº tāq̄ in obo: q: oñ sum est. ē. q. xix. z. xx. z. xxi. z. xxij. q̄ hoc eē nō pōt. Sed q̄rit ur an ptineant ad btitudinē. i. aliq̄ mō ad illā faciant tanq̄ dispō nec̄ia vel tanq̄ aliqd adiuuans aut decorans. ¶ Cōsiderandū q̄ btitudo est duplex: pfecta z ipfecta: vt dcm̄ ē. Loq̄ndo de ipfecta que pōt hī in hac vita: dōm q̄ reqrūtur bona exterioza ad illā: siue sit btitudo speculatiua: siue pctica. ¶ De speculatiua pz: q: ad eā reqrit cibus: z potus qui cōputant inter bona exterioza: z tñ sine illis nō est vita: reqrit ēt vestis z domus. ista. n. q̄ttuoꝝ ponūt eē nec̄ia ad vitā humanā eccle. xxix. Initiū vite hois panis z aqua: z vestimentum z domus ꝓtegens turpitudinē. Aliq̄ ēt alia necessaria sunt lz pauca ad btitudinē speculatiuā. ¶ Ad practicā aūt btitudinē requirunt oia predicta z multa alia. Nā cū illa cōsistat eēntialr in operatione virtutis: z ad istā opōnē multa reqrunt tāq̄ adiuuantia: z multa tāq̄ decorantia reqrūtur bona multa exterioza ad btitudinē. ¶ Et sic diuitie ad beatitudinē ptinent: q: vsus illaꝝ optimū est fm virtutē liberalitatis: z magnificentie: quas virtutes felix excellēter habz. ¶ Reqrit ēt pōa tpalis que ad opōnē virtutū multū cōfert sic dicit arist. p ethi. Multa per amicos z multa per potentiā tpalē opata sunt. Sic ēt dicit Boetiº de ꝓsol'. li. i. ꝓsa. iij. f. q̄ tūc sunt btē res publice qñ sapiētes. i. virtuosi eas regūt. ¶ Et ista est cā honesta ad hoc q̄ virtuosus desideret pōaz tpalē. f. vt per eā virtutis actū exerceat: z phibeat mala q̄ sequerent si flagitiosi in ptātibº constituerent. ¶ Hoc ēt modo honoꝝ z fama ad btitudinē reqrunt inq̄tū ista mlta cōferūt ad virtutis actū z maxime in docētibº qui si fuerit magne auc̄itatis ꝓficient: si aut̄ viri cōtēptibiles: ēt si bona dicunt nihil ꝓderunt. ¶ Reqrunt ēt ad beatitudinē q̄dā exteriora bona que nō adiuuant: lz solū decorant: sic hz̄e filios sicut dī ꝑmo. ethi. Nō oio felix est qui turpis facie est vel sine ple: sic ēt Boetius. ij. de cōsol'. ꝓsa. iij. ostēdēs q̄ beatitudo tēporalis nunq̄ ꝓuenit alicui tota vel non diu consistit dicit. Ille vitā celibē deflet: z ille nuptijs felix ozbº liberis: alie no censuz nutrit heredi. In hac ḡ beatitudine ꝓtica requirunt multa bona exterioza. In speculatiua aut̄ pauca. ¶ Ex quo apparet q̄ practica btitudo hz minus de rōne vere btitudinis q̄ to pluribus idiget. Nā vera btitudo nullo idiget sed est per se sufficiēs: que ā paucis indiget lz nō sit va beatitudo aliq̄ tñ modo ad illā accedit. ¶ Si ā loq̄mur de beatitudine pfecta que est in dei visione: dōm q̄ nullis bōis exterioribº indiget: eo q̄ ipsa est per se sufficiēs: imo nulla exterioza bona hēbit. ¶ Nā in vita eterna vbi erit vera beatitudo nulle diuitie tēporales nulla ptās mūdana: aut huiusmodi aliq̄ erit: nec ēt filios q̄sq̄ vltra generabit tanq̄ ad beatitudinis decorez ptinentes: sic gentiles poete posuerunt q̄ in celis erant nuptie inter deos z deas z nūerosa deoꝝ ꝓles quottidie crescebat: vt ait Marciaº capella li. de nuptijs mercurij: z phisiologie. sic ēt rude vulgus putabat. ¶ Unde q̄ xp̄s predicabat resurrectionē mortuoꝝ saducei q̄sierunt ab eo de illa muliere que hūerat. vij. viros cuius illoꝝ esset in resurrectione. Xp̄s aūt hūc errorē repulit dicēs. Erratis nescientes scripturas nec virtutē dei. In regno. n. celoruz nō nubēt nec nubent: lz sunt sic̄ angeli dei. j. xxij. z luc. xx. ¶ De alijs ā bonis exterioribº q̄ nō sunt in illa btitudine apparet: q: talia bona aut sunt nec̄ia ad corpis sustētatiōez sicut cibus z potus: z vestis: z domus: aut sunt adiuuātia ad operationez virtutis sic̄ pōa tēporalis honoꝝ z fama aut cōdecorantia sic̄ hz̄e filios. ¶ Pro istoꝝ non erūt ibi: q: corpus hūanuz erit iā incorruptibile z spūale. ꝑma ad corinth. xv. Non indigēs cibo z potu ad cōseruationē suā. ¶ Scōa ēt non erunt: q: ibi non erit necessarius aliquis vsus virtuz imo non manebit ibi aliq̄ virtutis moralis q̄tū ad actū quē nunc hz nec ēt virtº theologica aliq̄ nisi charitas. ꝑma ad cō rin. xiij. Jō nō erit nec̄ia pōa tpal': nec honoꝝ nec diuitie: nec alia admicula ad actuz virtutis. Tertia ēt bona exterioza que sunt ad decorē ibi nō erūt: q: btitudo ipsa erit per se sufficiēs bonū: z nō indigebit aliquo extriseco bono: q: oia ista sunt minoza bona: z sunt in defectū veri boni. Nullū ergo istoꝝ ibi erit: sed ipsa visio dei sola hoiem beatificabit: sic dixit Da uid. psal. lxxij. Quid mihi est in celo: z a te quid volui super terrā? Quasi dicat. Dñe ex quo ego hēo bonū in celo q̄ tu mihi parasti: nihil volo a te sup terraz. i. de bonis tpalibº exterioribus: z subdidit ibi cām dicens. Mihi autez adherere deo bonū est. i. totū bonū meū volo q̄ sit in adherendo deo: z istud adherere est per visionē. Non sunt ḡ aliq̄ bona exteriora q̄uenientia vere beatitudi. ij. De hijs scūs Tho. pª secūde. q. iij. arti. vj. ¶ Ad ꝑmū dicēdū q̄ oēs ille auctoritates loquunt mystice: q: in scriptura solent spūalia intelligi p tpalia: vt ex hijs que aiūs nouit surgat ad incognita q̄ non nouit: vt ait Grego. in q̄dā omelia. Et sic per cibū z potū intelligit delectatio que erit in beatitudine. ¶ Machometiste tñ turpes: z insipientissimi viri volunt post resurrectiōez btitudinē futurā in delectationibus ciboꝝ z potuū z venereoꝝ. Cōtra q̄s forte dicet in libello nostro ipugnatorio contra errores alcorani. Per diuitias āt vel thesauros celi itelligit sufficiētia oiuz bonoꝝ. Per regnū aūt q̄ est maxia dignitas terrena itelligit maxia exaltatio hominis que erit vsq̄ ad cōiunctionē cū deo. ¶ Ad fm dōm q̄ bona ista tēporalia non erunt in illa vera btitudine: q: ista non sunt bona simplr: sed solū in defectū veri boni: z q: in pñti vez bonuz hī nō pōt: ista q̄runtur tāq̄ quedā pua bona. In beatitudine āt erit vez bonū. s. deus qui est ipsa eēntia boni: z eo pñte nullū aliud bonū poterit eē necessariū: z qui hz ipsum habet oia bona simul: q: in eo sunt oia vnitiue sicut in suo fonte. In ceteris āt non est bonū nisi per participationē. ¶ Ad tertiū dōm q̄ fz Aug. in li. de sermone dñi in monte. Nō dī eē merces scōz in celis corporeis: sed per illos intelligit altitudo spūaliū bonoꝝ. Nicholaº tamen locus corporeus est in quo btitudo. s. celū empireū. Et tñ nō cōfert locus ille aliqd ad btitudinē de necessitate tāq̄ in loco illo sit aliq̄ virtus faciens aliqd ad btitudinē que non sit in alijs locis: q: in quo libet loco poterat esse btitudo sic̄: z in sinu abrahe dī fuisse beatitudo per triduū mortis xp̄i: quo vsq̄ xp̄s resurgēs eduxit secū inde aias sctoꝝ. Est tñ locus empireus aptior ad btitudinē: q: est locus altissimus: z in parte optima rez corpalium omnino a motu sequestratus.

¶ An ad beatitudinē requirantur amici. Qō. LV.

Querit an ad beatitudinē requirant amici. Dicūt aliq̄ q̄ sic: q: beatitudo futura in scriptur' gl'ia solet appellari. Cōsistit āt gl'ia in hoc q̄ bonū alicui ad multoꝝ noticiā deducit: sed bonū nostrū nulli meliº q̄s amico manifestari pōt: ḡ amici reqrunt ad beatitudinē. ¶ Jtez dicit Boetius q̄ nullius boni sine cōsortio est iocunda possessio. Ad btitudinē tñ reqrit iocunditas vel delectatio: nullius tñ cōsortiū magis est delectabile q̄s amicoꝝ: ḡ requirūtur amici ad btitudinē. ¶ Jtē charitas nra ꝓficiet in btitudine: charitas autez extēdit se ad deū z ꝓximū: ḡ ꝓximi erūt necessarij ad btitudinē: qō maxie cōueniet in amicis. ¶ Dicendū sic̄. s. duplicez esse btitudinez de impfecta dicendū q̄ amici reqrunt ad eā siue sit speculatiua siue practica. ¶ De speculatiua pz: q: duo simul exītes magis aliqd poterūt intelligere q̄s vnus: ēt q: amici cōuersabunt iter se in ipso actu speculationis: sic dī. ix. ethi. Et indiget amicis speculatiuus etiaz ꝓpter quādaz delectationē que in conuiuere sequit. ¶ De beatitudine practica idē est: q: illa ꝓsistit in actu virtutuz: z ad illū multū cōferūt amici. Nā que possumº p amicos per nos ipsos posse dicimur. ij. ethi. Multa tñ potest homo efficere per amicos que alˢ solus facere non posset: vt dicitur ꝑmo ethi. s. Multa per amicos: z multa per pōaz temporalē operata sunt: tamē ad beatitudinē magis sunt necessarij amici: vt benefaciamus eis: z vt bonitatis eis causaz ꝓstemus: q̄s vt ab eis bonū recipiamº: vt dī. ix. ethi. ¶ De amicis tamen in quo ꝓferant beatis: z an q̄eniāt eis amici vtiles vel delectabiles aut honesti: z an pauci vel multi: z q̄liter felix se hz ad amicos: z amici q̄liter inter se habere se debeāt declaratum est late in lib. nostro de amore z amicitia: parte ij. per multa capitula. ¶ De beatitudine autez perfecta q̄ in

visione

visione dei consistit. Dōm q̄ non requiratur ad illaz aliqua societas amicoꝝ de necitate: cuz ipsa diuisio sit per se bonuz sufficiens: ꝛ qui illā habet nullo alio bono indiget. Sunt tn̄ ꝙuenientes amici illi beatitudini de quodā bn̄ esse. Nā gaudet hō q̄ amicus suꝰ pticipet bono illo quo ipe pticipat. Sic dicit Aug. vn̄ super gen̄. ad lr̄am q̄ creatura spūalis ad hoc q̄ btā sit non nisi intrinsecus adiuuaī eternitate veritate ꝛ charitate creatoris. Extrinsecus vo si adiuuari fortasse dicēda est eo solo adiuuaī q̄ō inuicē videt: ꝛ de sua societate gaudent in deo. De hȳs scūs Tho. ꝑma scē. q. iiij. articulo. viij.

¶ Ad ꝑmū dōm q̄ gloria illa que ad beatitudinē ptinet nō ꝙsistit in hoc q̄ bonū hois ab alīs cognoscatur: sed in hō qō a deo cognoscitur: q̄z cognitio hoiuz nihil confert ad beatitudinē: eo q̄ est cāta a bōitate nr̄a si illa fama vera ē. Cognitio aūt dei confert ad btitudinē: q̄ ab eiꝰ cognitione cāī beatitudo nr̄a vt oñsuz ē. s. q. xxi. Jō gl̄ia i cōspectu hoiuz nihil confert ad beatitudinē: sed gl̄ia nr̄a in cōspectu dei ad beatitudinez est necia. ¶ Ad 2m dōm q̄ istud dictū Boetȳ itelligitur de bōis ipfectis: quoꝝ nullū per se sufficiēs est ad beatitudinē nr̄az. Jdeo ad hoc q̄ istud caūset quādā iocunditatem necesse est supaddi ei aliud bonū: ꝛ istō est societas amicoꝝ: q̄z ipsa de se iocūda est: vt ps. ix. ethico. Uera āt beatitudo que est in dei visione per se sufficiēs est. Jō non requiriī aliq̄ iocunditas supaddita ei ex ꝙuersatione amicoꝝ. ¶ Ad tertiū dōm q̄ pfectio charitatis est cētialis beatitudini q̄ntū ad dilectionē dei nō q̄ntū ad dilectionē ꝓximi. Unī si esset vna sola aia videns deū non hñs ꝓximū aliquē quē diligeret: eēt beata: dato tn̄ aliquo ꝓxio seq̄t imediate dilectio eius ex pfecta dilectione aie ad deū. Unī quasi ꝙcomitanter se habet amicitia ad btitudinē perfectā: ꝛ non cētialr̄.

¶ An hō possit peruenire ad beatitudinē. Qō. LVI.

Queritur an hō possit peruenire ad beatitudinē. ¶ Dicunt quidā q̄ non: q̄z sic nā rōnal̄ est supra sensibilē: ita nā intellectualis est supra rōnalē. Ut ps per Dionysiū li. de diuinis noib⁹ in multis locis: ꝛ tn̄ natura sensibilis nō pōt peruenire ad finē rōalis nāe. s. aialia nō ꝓueniunt ad finē hois: ergo hō cuius est nā rōnalis nō poterit peruenire ad btitudinē: cū btitudo sit bonū nāe intellectualis. ¶ Jtē beatitudo vera ꝙsistit in visione dei qui ē pura veritas. Est tn̄ hoi nāle veritates non per seipsas: sed per fantasmata intelligere. iij. de aia. Non poterit ḡ homo videre deū qui per fantasmata non vr̄: ꝛ sic nō poterit esse btūs. ¶ Jtē btitudo cōsistit in adeptione sūmi boni ad qō nō pōt aliquis ꝓuenire nisi transcendat oia intermedia. Est autem inter deū ꝛ hoiem nā angelica: illā tamen hō nō pōt trāscēdere: q̄z hō est minor angelo: ḡ non poterit homo esse btūs. ¶ Dōm qō hō pōt ꝓuenire ad beatitudinē: q̄z btitudo ꝑpe dicta nihil est nisi adeptio sūmi boni vel coniūctio ad istud. Ipsum. n. sūmuz bonū est in quo consistit btitudo nostra: ſz non est ipsum btitudo. Peruenire autē ad ipsum vel vniri ei per qō⁹ticipamus ipso est beatitudo. Quicūq̄z ergo potest ꝓuenire ad istud bonū: vel pōt esse capax eius pōt esse btūs: hō aūt capax est illius: iō beatus eē pōt. ¶ Nā q̄ aliquiſ sit capax sūmi boni nihil aliud est nisi q̄ possit istud velle ꝛ possit ei vniri. vtrūq̄z aūt hō pōt. Nā pecora velle nō pñt sūmuz bonū hō āt potest. ¶ Est. n. sūmū bonū vl̄e bonū. i. hñs totā nām boni: ꝛ nō spāl̄r aliquā particulā eius: vt declaratū est. s. q. xxiij. ꝛ xxiiij. appetitꝰ autē qlibet ȯ bono est: ꝛ tn̄ si appetitus est limitatus: ꝛ contractꝰ per mām vt pote si sit virtus corporis non pōt ferri in bonū sub rōne boni: sed in bonū q̄ est bonū illi corpori cuius est appetitus istud āt nēcio est bonum ꝓticulare. Jdeo ipol̄e est q̄ pecora vel hō ſm appetituz sensitiuū appetāt bonū vl̄e: sed solū bonū ꝓticulare: qō ē bonū ſm sensum: ꝛ tn̄ sūmuz bonū non est spāl̄r bonū ſm sensum: sed est tota nā boni. Jō pecora: ꝛ hō ſz appetitū sensitiuum non pñt desiderare sūmū bonū: ꝛ ꝓñr nec beatitudinē.

¶ Uoluntas āt nr̄a est appetitus. Jō est de bono. Et q̄z nō est pōa limitata per organū: sed totaliter absoluta a corpore non hz aliqd per quod limitef spāliter ad volēduz potiꝰ hoc bonuz q̄ istud. Et tn̄ vult bonū: ḡ nēce est q̄ velit bonū sub rōne boni. Et istud est velle bonuz vl̄e: qō est tota nā bōi: qō q̄re vocef bonū vl̄e dcm̄ est. q. e. Uoluntas ḡ vult directe sūmū bonuz: ꝛ ꝓñr vult beatitudinez: quā pecora velle ñ pñt.

¶ Potest etiā hō peruēire ad beatitudinē quod est vniri ipsi sūmo bono. Jstud āt non potest eē nisi per actū intellectuſ q̄z sūmū bonū est bonuz maxie intellectuale: ꝛ sic per viā intellectus ad istud ꝓueniendū est. ¶ Etiā q̄z beatitudo cū sit operatio dz necessario esse opatio perfectissima: est aūt perfectissima opatio que est a pōa nobilissima ꝛ circa obm optiᵐ nobilissima tamē pōa hois est intellectus. Jdeo per intellectuz pōt hō vniri sūmo bono. ¶ Et hoc cōueniēter fit: q̄z sūmuz bonū ē bonū vl̄e: ꝛ nō pōt cognosci nisi a pōa que possit apprehendere vl̄e. ¶ Sic āt est intellectus qui nō potest iudicare nisi de vl̄i. ꝛ ob hoc fantasmata que sunt mālia abstrahuntur per intellectuz agēt̄ vt possit repūtari rē vniuersal̄r. Pōt ḡ intellectꝰ cognoscere sūmuz bonū: ꝛ hoc est vniri ei ꝛ effici btn̄. Pecora aūt nō pñt cognoscere sūmū bonū q̄. cuz iudiciū ipsoꝝ sit per solas spēs. put sunt in sensu vl̄e vt sunt fantasmata reseruata in imaginatione. ꝛ vtroq̄z mō repūtant rē ꝑticulariter. Bonū āt sūmuz est vl̄e: ideo de illo iudicare neq̄unt: ꝛ ꝓñr nō pñt btā effici. ¶ Jstō dcm̄ est de vā beatitudine. Nā de impfecta beatitudine que est in hac vita nemo dubitat: q̄z ad beatitudinem speculatiuam qlibz pōt peruenire qui hz scias speculatiuas: cū specl̄atio per illas. s. pal tissimā eaꝝ sit btitudo. x. ethi. ¶ Ad beatitudinē ēt practicā quilibet pōt peruenire cū illa ꝙsistat in actu virtutis: qlibet tn̄ virtutē hñe potest: hoc verꝝ ē nisi in illis quos nā orbatos fecit. sicut sunt insani: ꝛ similes qui non pñt hñe actū virtutiſ nec speculationis. Unī dicit Arist. primo ethi. q̄ beatitudo ē polis omnibus nō orbatis, ad virtutē. ¶ Ad ꝑmū dōm qō aliter excedit nā rōnalis sensitiuā: ꝛ aliꝰ intellectualis rōnalem. Natura. n. rōalis excedit sensitiuā q̄ntū ad obz cōgscibile. Est. n. obm intellectus qditas vl̄is sensus āt nō pt cognoscere vl̄e: qō ratio cognoscit. ¶ Nā aūt intellectualis excedit rōnalē: nō ex pte obti: q̄z vtrūq̄z intelligit vl̄e: sed excedit in modo intelligēdi. Oz natura intellectualis cōgscit veritatem rei imediate sine vllo discursu. Nā autē ratōalis per quē daz motū discursiuū veritatē cognoscit. Et q̄z btitudo ptinet ad intellectū: ꝛ qcqd intelligit nā itellectualis pōt intelligere nā rationalis: seq̄tur q̄ si nā intellectualis intelligēdo potest assequi btitudinē q̄ ēt ratōalis poterit illā assequi. ¶ Oz tn̄ differunt ex modo cognoscendi poterit nā intellectual̄ q̄ sine discursu cognoscit peruenire imediate ad beatitudinez. nā autē rōnalis. s. homo: q̄z cū discursu intelligit post multoſ actus ꝓueniet. Et sic angeli statim post ꝓncipiū sue creatōis assecuti sunt beatitudinē: hoies autē per longū tēpus ad eā perueniunt. nā āt sensitiua nūq̄z ad illā ꝓuenire pōt: q̄z ipsuz bonū in quo est beatitudo est pure intellectuale: ꝛ nō pt eē obm alicuius potētie sensitiue. ¶ Ad 2m dōm q̄ beatitudo erit in visione dei per eētiā. Unde per fantasmata deꝰ videri nō poterit: q̄z talis visio est quedā cognitio impfectissima que ad btitudinē ptinere non pōt. Hoi autē est nūc naturale per fantasmata intelligere: ꝛ tamen post hāc vitam dabit ei ex gratia q̄ possit deū videre per eētiaz. Et ēt omnia alia que intelligit preter deum: intelligit per dei essentiam: ꝛ erit tunc sibi modus ille nālis intelligendi: ꝛ tamen q̄ntū ad hoc angelus non excedit hoiez: q̄z angelus per nālem cognitionem nō potest esse btūs: q̄z non videt deū per eētiam: sed p q̄sdam similitudines intellectui suo inditas vel creatas que non faciunt videre quid deus sit: ſz qd nō sit: vt dicef. j. qō. lxxij. cū ageſ de btitudine angeloꝝ. ¶ Ad tertiū dōz qō hō debet transcēdere angelos ad hoc q̄ sit btūs nō q̄ntuz ad ḡdum nāe. s. vt naturaliter sit eis superior: sed q̄ntū ad graduz obti intelligibilis. i. q̄ id obm per cuius cognitionē hō btifi catur est superius angelis: ꝛ ad illud hō peruenit intelligēdo lz non in pformitate eēndi. Oz tunc opteret q̄ hō efficeretur excellentior ſm nām angelis. ¶ Non tn̄ ēt est putandū q̄ debeat hō transcendere angelos intelligendo. i. qō hō excellentius intelligat q̄z angeli: sed qō obz qō homo cognoscit est excellentius angelis in essendo: ꝛ tamē illud ēt angeli intelligunt ita perfecte sicut hoies: imo perfectius ex cōditione nāe licet ex gratia quidam homines sint superiores in cognoscendo deuz omnibus angelis. De hȳs sanctuſ Tho. ꝑma scē. qōne. v. articulo primo.

¶ An homo per sua naturalia posset assequi beatitudinez.

¶ Questio. LVII.

Queritur an homo per sua naturalia posset assequi beatitudinem. ¶ Dicunt quidā qō sic: quia natura non deficit in necessarijs nihil tamen est homini magis necessarium q̄z habere istud per quod peruenire

Ad ꝑm argum.

Ad 2m argu.

Ad tertiū arg.

Opinio q̄rundā ꝑma rō.

scōa rō.

3ª rō.

Rñsio ad q̄situ qōnis. A

Cur hō ꝑt eē beatꝰ ꝛ nō

B

C Ad ꝑm ar.

D Ad 2m ar.

E Ad 3m ar.

Opinio q̄rūdam. ꝑa rō.

niat ad beatitudinē que est finis totius nāe humāe: ḡ p sua
2ª rō. nālia,pōt peruenire ad beatitudinē. ¶ Jtē hō cuz sit nobilio2 creaturis irrationabilibus dz esse sufficientio2 sibi in bono suo q̄ ille sibīpsis. Et tn̄ irrōnales creature per sua nālia
3ª rō possunt cōsequi fines suos:ḡ hō per sua nālia poterit consequi btitudinē. ¶ Jtē fm Aristo.j.ethi. btitudo est opō pfecta eiusdē tn̄ est incipe t pficere:cū pfectuz t iperfectuz ptineant ad eandē spēm:q2 non viciant rōnē spēi. Sed ex nāli ptāte hō pōt facere opōnē imperfectā dirigentē ad beatitudinem:cū sit hō dns suoz actuz:ergo poterit pertingeꝛ ad
Rñdet ad q̄stū qōis. A operationē perfectā que est ipsa btitudo. ¶ Dōm q̄ aut loqmur de btitudine impfecta:aut de perfecta. Si de impfecta que est in hac vita:siue sit speculatiua:siue practica: manifestum est qō hō peruenit ad illā ex puris nālibus. ¶ De speculatiua pz. Nā ista cōsistit in opōne per scias speculatiuas t maxime per sapiam que est altissima:de quo.x.ethi.Scientie tn̄ speculatiue nāl'r hāi pñt. Unde eodē li.dic̄ Ari.q̄ ōbet hō conari ad imoꝛtale per pticulā itellect9 nr̄i que est imoꝛtalis: t in hoc conatu ponit btitudinē. Si tn̄ non putaret hoc
B natural'r posse hāi:frustra diceret hoies ad hoc debere conari. ¶ Alīq̄ ēt posuerunt beatitudinē speculatiuā in cōtinuatione intellectus nr̄i t ouersatione cuz sil'ia sepata.s. cōmentatoꝛ t Alexander: t ēt hoc asseruerunt pole esse hoi in vita. Jō pcedunt btitudinez speculatiuā hāi ex puris nālibus.
¶ De beatitudine practica ēt satis apparet:q2 cū illa consistat in actu virtutis: t quilibet se posset exercitare ad virtutes cuz sit innatū oibus posse suscipere illas: t perficiant in
C nobis per exercitationē.vt dī.ḡ.ethi.in p̄n.poterit q̄libz esse beatus practice. ¶ Jdeo aristo.p̄ ethi.non soluz dixit beatitudinē esse possibilē in vita:sed ēt omnib9 cōem.s. q̄ beatitudo est possibilis oīb9 non oꝛbaꝛ ad virtutē.i.non hñtib9 ipedimenta sic̄ est insania incurabilis: t egritudines similes.
¶ Si āt loq̄mur de pfecta beatitudine. Dōm q̄ non pōt hō peruenire ad illā per sua nālia:q2 illa cōsistit in dei visiōe vt oñsum ē.s.q.xl. Nullus tn̄ homo nec ēt creatura aliq̄ pōt ex nālibus pertingere ad dei cognitionē:q2 ois cognitio rei est
D fm conditionē ſbe ei9:sic̄ dī in li.de cāis q̄ intelligentia3 cog̃ scit ea que sunt supra se. t ea que sunt infra se fm moduz ſbe sue. Omnis autē cognitio que est fm modū ſbe create defic̄
Ad p̄m ar. a visione diuine ēntie:que in infinitū excedit oēm ſbaz creatam. Uñ nec hō nec alia creatura pōt ex suis naturalib9 deū videre:vt pbauimus.s.q.xlv. Jn ista tn̄ visione consistit beatitudo cuiuscūq̄ nāe intelligentis. ¶ Ad p̄mū dōm q̄ natura non deficit hoi in necarijs: t tn̄ non ōdit sibi oia necia in actu. Oꝛ non dedit sibi arma:nec indumenta:nec domuz sicut dedit oibus bestijs. Dedit tn̄ sibi intellectū t manus q̄
E sunt sibi sufficientia instra prouisiua ad oia hec t q̄cūq̄ alia necia. Jta circa btitudinē lz natura nō dederit hoi ipsaz beatitudinē in actu sic̄ ēt nulli pecoꝛi dedit suuz finē vltimuz in actu. Dedit tn̄ hoi aliqd per qō possit hāe btitudinē. Differt tn̄ in hoc inter hoiem t pecoꝛa:q2 licet pecoꝛa nō hēant suū finē vltimū i actu hñt tn̄ aliqs pōas naturales per q̄z actū assequuntur directe t imediate fines suos. Nā finis cuiuslibet pecoꝛis consistit in aliquo bono delectabili fm gustū t
F tactuz:aut in altero ipsoꝛ: t per act9 gustus t tactus3 consequunt pecoꝛa illa delectabilia. ¶ Alie autē res irrōales cōsequunt fines suos per naturales opōnes:cuz finis cuiuslibet rei irrationalis sit q̄dā pfectio ei inherens que est maxia fm suā spēm: t ad quā peruenire pōt ex p̄ncipijs spēi. ¶ Jn hoie aūt natura non posuit aliqō p̄ncipiū per cuius actū di
Ad fm ar. recte t imediate asseq̄tur btitudinē:q2 hoc non erat possibile nature. Nā oñsum est.s.q.xlv.q̄ lumē gl'ie per qō vr̄ dina essentia nulli creature potuit esse cōnaturale. Dedit tn̄ sibi3li bez arbitriū per qō posset conuerti ad deuz a quo hāet beatitudinē. ¶ Et q2 illa que hō pōt per amicos dī posse p seipz iij.ethi.dicē hō posse hāe btitudinē per seipsum cuz deus sit hoi,pmptus sp ad oia que petit magis q̄z amicus amico: immo magis q̄z pr̄ filio.j.vij. t luc̄.xi.vbi xp̄s dicit. Quis ex vobis petit a pie panē:nūqd lapidē dabit illi? Si ergo vos cuz sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is:q̄to magis pater vr̄ de celo dabit spm̄ bonuz petentibus se. ¶ Ad fm dōz qō nobiliozis cōditionis est natura'que pōt ꝓseq bonuz perfectum lz indigeat exterioꝛi auxilio ad hoc cōsequendū q̄z natura que nō pōt ꝓseq bonuz pfectū:sed ꝓsequit̄ solū bonū iperfectuz:lz ad eius consecutionē nō indigeat exterioꝛi auxilio sicut dicit Ari.ij.de ce. t mū. Sic̄ magis dispositꝰ est,ad sanitatē qui pōt conseq pfectā sanitatē:lz hoc sit per auxiliū medicantis q̄z qui solū pōt cōsequi iperfectā sine auxilio alicuius. Et iō creatura rōalis que pōt ꝓsequi pfectā beatitudinez indigens ad hoc diuino auxilio nobiliozꝰ est q̄z creatura irrōnalis que nullo mō est capax btitudinis:sed ꝓsequitur qōdam iperfectū bonū virtute nature sue. ¶ Ad tertiū dōm q̄ q facit operationē imperfectā pōt facere perfectā qñ pfectū t,im- Ad 3ª argu. perfectū ptinent ad eādē spēm:sed nō est hoc vez qñ pertinent ad duas spēs. ¶ Sicut dispositio ad formā est opō imperfecta ꝓductio āt forme est opō perfecta. Jō aliqd pōt facere aliquā dispōnē ad formā qō nō pōt formā,producere. Sicut agentia naturalia pñt disponē coꝛpꝰ hūanum ad suscipiē dum aiam: t tn̄ non pñt aiam,producere. Sic ēt est circa materie dispones:q2 q̄dā agentia pñt cāre dispositiones remotas ad formā:que non pñt cāre dispōes ꝓpinq̄s:q2 vltima dis- b positio est similis forme. ¶ Sic āt est in hoie respectu btitudinis:q2 per hoc qō est ſba intelligens est dispōitus ad beatitudinē dspōne remota: t hoc hz a natura: dispositio autez vltima est lumen gl'ie:qō natural'r hō nō pōt hāe: t sic operationē impfectā que est solū itelligere res materiales vl' creatas pōt hō hāe natural'r opationē autez pfectā beatitudinis que est deū per ēntiā vidē nō pt hō hāe natural'r:q2 iste due operationes dīnt in spē ex parte obti: t ex pte medū per qō cognoscit̄: t ex pte modi. ¶ Cū āt dī q̄ perfectū t imperfec- 13 tuz nō variant spēm vez est qñ solum dīnt:vt perfectū t iperfectuz:sicut due cognitiones itellectiue de,eisdē rebꝰ creatis erunt ineq̄les in pfectione:q2 vna poterit eē clarioꝛ: t firmioꝛ t pspicatioꝛ. Et hoc nō facit eas differre in spē:cognitio tn̄ quā habet hō de rebꝰ creat] per fantasmata abstracta per intellectū agentē differt a cognitione dei que nō est per silitudinē:sed per essentiā pluſq̄z pfectū t imperfectū: t sic differunt in spē. De hijs scūs Tho.pma scde.q.v.arti.v.
¶ An homo possit effici beatꝰ p actiōez angeli. Qō.LVIII. Opinio aliqrum, pª rō
Queritꝰ an possit hō effici btūs per actionē alicuiꝰ creature superioꝛis.s.angeli. ¶ Aliqui,dicunt q̄ sic:q2 duplex oꝛdo repit̄ in rebus. Unꝰ qui est ipsarū ptiuz vniuersi adinuicē: t alius qui est totiꝰ vniuersi ad bonuz qō est ex̄ vniuersuz. Nā rectoꝛ vniuersi nō est de vniuerso:sed sup vniuersuz vel ex̄ vniuersuz:vt dī.xij.meta.p̄mꝰ oꝛdo oꝛdinaꝛ ad scōm tāq̄z ad finē.vt dī.xi.meta.sicut oꝛdo ptiuz exercitus ad ducē. Sed oꝛdo ptiū vniuersi adinuicē attenditur fm q̄ superioꝛes creature agunt in inferioꝛes. Btitudo'aūt hois consistit in oꝛdine eius ad bonū qō est ex̄ vniuersum qō est deus:ergo oꝛdo creaturaꝝ supioꝛ ad inferioꝛes,pficiet ad istā beatitudinē. Poterit ergo hō eē btūs per actionē alicuius creature supioꝛis.s.angeli. ¶ Jtē qō est in 2ª rō pōa tale potest reduci ad actū:per id qō est in actu tale sicut id,qō est in pōa calidū per id qō est calidū in actu: sed hō est in pōa btūs:angelus āt est btūs in actu:ergo poterit hō effi- 3ª rō ci btūs per actionē alicuius angeli. ¶ Jtē beatitudo cōsistit in operatione intellectus:vt pbatum est.s.q.xxxiij. angelus autē pōt illuminare intellectuz hois cū possit vnus angelꝰ purgare perficere: t illuminare aliū:vt dicit Dioꝰ.lib.de celesti Jerar.ḡ poterit angelus btm facere hoiem. ¶ Dōz q̄ nō pōt hō effici btūs per operationē angeli siue in beatitudie p- A fecta:siue in impfecta. ¶ De pfecta manifestū est:q2 illa cōsistit in visione dei:iō angeli per hoc q̄ se notificēt hoibꝰ non Rñdet ad que situz.q. B faciunt eos btōs:q2 angelus non est sūmū bonū:iō in cognitione eius nō pōt ꝓsistere btitudo. ¶ Et de hoc ēt non que- ipª.rō. rebatur nunc:q2.s.,pbatū est.q.xxxvj.s.an per actionē angeli posset hō effici btūs. Et de hoc dōm q̄ non:q2 cū btitudo ꝓsistat in clara visione diuine ēntie nemo pōt facere alium btm̄ nisi qui pōt ei oñdere diuinā ēntiam. Hoc autē nō potest facere angelus:q2 diuina ēntia non] pōt videri per aliquā similitudinē creatā:sed solū per seipsam.s. vt diuina ēntia vniaꝝ intellectui nr̄o tanq̄z forma intelligibilis:vt oñsuz est.s.q.xl. Nemo tn̄ pōt diuinā ēntiam vnire itellectui nr̄o nisi ipse deus. Angelus āt nō posset intellectū perficere nisi causando in eo quasdā rōnes intelligibiles que ad btitudinē nō sufficiunt. ¶ Jtē angelus non solū nō potest btificaꝛ 3ª rō hoiez per opōnē suā:sed ēt non pōt dispōere eū imediate ad btitudinē. Jpsa.n.dispō fit per lumē gl'ie. Angelus tn̄ nō pt creare lumē gl'e:sz solus deꝰ cū p lumē gl'ie essentia diua efficiaꝝ ꝓportionabilis itellectui nr̄o ad itelligendū:q̄ tn̄ alꝰ di-

stat ab

stat ab eo in infinitū. Jstā ergo ꝓiūctionē rex distantiū in infinitū non poterit facere nisi ens infinite virtutis. ſ. solꝰ deꝰ non ḡ angelus btificabit hoiez. ¶ Jtē nō solū angelus non pōt btificare hoiem: imo nescit ipse q̄tū est bonū istud i quo ꝓsistit btitudo hois. Jsa. lxiiij. A seculo non audierūt nec auribus ꝓceperunt oculos nō vidit deus absq; te que ꝓparasti expectantibus te. Solus ḡ ipse scit q̄tū est bonuz istō qȝ qlibet futurus btūs habitur⁹ sit. ¶ Jtē cū ois creatura sit ſb iecta nāe legibꝰ cū hēat ptātē ⁊ actionē limitatā: istud qȝ excedit nām creatā nō pōt fieri nāe alicuius creature. Jō si aliquid fieri opteat qȝ sit. ſ. nāz hoc fit imediate a deo: sic suscitatio mortui: ⁊ sanatio cecoꝝ. Btitudo āt est bonū qȝdā excedens nām creatā: iō impoſe est q̄ cōferatur virtute alicuius creature. Sz hō fit btūs solo deo agēte. Sic dr. psal. lxxx iij. Gratiā ⁊ gl̄iā dabit dñs. i. solus deꝰ est qui potest dare gloriam ⁊ grāz. ¶ Si āt loq̄mur de btitudine ipfecta: dōm qȝ ēt illa non pōt ꝓferri per angelos q⁊ siue sit speculatiua: siue practica ꝓsistit in opōne. Angelus tñ nō est p̄nᵐ opōnis humane: sed hō hz in seipso p̄nᵐ opōnis sue. vi. ethi. Unde dicitur hō dñs actuū suoꝝ: iō ab angelis non ꝓferf hoi btitudo ēt impfecta hz ad illā possent hoies disponere illuminādo intellectū ad specl̄atiuā btitudinē: ⁊ ad practicā ꝓferre p̄nt ad iuuādo in multis ad operationē: ⁊ cōferendo bona ꝓueniēter: ⁊ tollēda impedimēta. Jō Aristo. p̄ ethi. q̄rit: an btitudo sit hoi ab aliq̄ cā supioꝛi. ſ. a deo: hz i solone huius nō ist̄at. ¶ Ad p̄mū dōm qȝ ptingit plerūqȝ in potētiꝭ actiuis ordinatis qȝ pducere ad vltimū finē ptinet ad pōz suppꝛemā inferiores vero potentie adiuuāt ad ꝓsecutionē vltimi finis disponendo. Sicut vsus nauis pertinet ad artē nauigatiuaz que pꝛeest nauifactiue cū, ppter nauigatiuā sit nauis. Jta in ordine vniuersi hō adiuuatur ab angelis ad ꝓsequēdā btitudinē fm aliq̄ pꝛecedentia hz nō possint sibi btitudinē cōferre nec disponere hoiez ad btitudinē dando vltimatā dispōnē. ſ. lumen gl̄ie: vt nunc dcm̄ est: faciunt tñ alias dispōnes magꝭ remotas suggerendo nobis bona: ⁊ dirigēdo in operationibus ⁊ custodiendo nos a nociuis. ¶ Nā ob hoc cuilibz hoi datur vnus angelus ad custodiā: imo hoc est offm̄ suuz. ſ. dirigere hoies ad btitudinē. Ad hebꝛe. i. Oēs sunt admistrato rij spūs in misteriū missi pp eos qui hēditatē capiūt salutis. ¶ Ad fm dōm qȝ angeli hz sint bti non p̄nt btificare hoies: q⁊ ēt tunc vnus hō qui iaz est btūs posset btificare alios: q⁊ vterqȝ est btūs in actu: sed neuter eoꝝ pōt hoc. ¶ Cā est: q⁊ qñ aliq̄ forma est in aliquo actual̄r fz eē suū nāle: ⁊ pfectum pt eē p̄ncipiū operationis in altez: sic calidū per calorē calefacit: sed si foꝛa exist̄at in aliq̄ nō fm esse nāle: vel si sit fz esse nāle: ⁊ tñ non fm esse pfectū: nō pōt per actionē suā causare se in altez: sic albedo est in oculo non fm eē nāle: sed fm eē intētionale. Et ita spēs sensibiles in oibus sensib⁹: ⁊ spēs intelligibiles in intellectu cuz ibi solū hēant esse cognoscibile vel intentionale: ⁊ nō eē nāle: iō albedo in oculo: ⁊ alie foꝛe in sensu vel in intellectu nō hñt aliq̄s operatiōes de illis q̄s hñt in sb̄ꝭ suis: eo qȝ in sbo sunt iste forme fm eē nāle: ⁊ in sensu sunt solū fm esse intentiōale. ¶ De scōo pz q⁊ si aliqd sit calidū hz sit ibi calor fm esse nāle: q⁊ est vt forma in sbo: si tñ est calor iperfectꝰ non poterit esse p̄ncipiū calefaciēdi. Qȝ pz q⁊ tunc vna re calida exñte oia que sunt in orbe eēnt calida: q⁊ illa calefaceret aliā ꝓiunctā sibi ⁊ alia aliā. Et sic nihil maneret qȝ nō efficerek calidū. Qȝ falsum apparet. Hoc aūt est: q⁊ calor non est pꝛinᵐ calefaciendi nisi fm qȝ est pfectꝰ in suo esse nāli. Et ita de actione cuiuslibet forme. ¶ Sic est de lumine gl̄ie: q⁊ illud lumen nulli est nāle nisi deo cui ꝓpꝛius est videre seipsum per eēntiā suā: que est sibi nāl̄r foꝛa in eēndo: ⁊ intelligendo in ceteris aūt lumen gl̄ie est p pticipationez: ⁊ ēt est in eis fm esse impfectū ⁊ diminutū. Et sic lumē gl̄ie qȝ est in qlibet btō est sufficiens sibi ad bz qȝ ipse sit beatus. Et tñ nō est sufficiēs ad hoc qȝ aliū btificaꝛ possit: q⁊ ad hoc regrebatur maioꝛ pfectio: sicut calor exñs in q̄cunqȝ re: vt in sbo: sufficit ad hoc vt ipsa res sit formal̄r calida ēt si ille calor sit q̄liscūqȝ. Et tñ nō sufficiet ad calefaciendū aliā rē nisi sit ille calor pfectus. ¶ Ad tertiū dōz qȝ vnus angelus illuminat intellectū alteriꝰ angeli inferioꝛis vel ēt hois q̄tū ad aliq̄s rōes dinoꝝ operuz. ſ. qȝ faciet eū intelligere aliq̄ de diuinis opibꝰ que p̄us nō itelligebat. nō potest tñ illuminare intellectū eiꝰ ita qȝ deducat ad imediate itelligendū dinaz eēntiā videndo illā. De hȝs sctūs Tho. p̄ma scōe. q. v. art. v.

¶ An requirantur aliqua opera hominis: ad hoc qȝ peruenire possit ad beatitudinē. Questio. LIX.

Queritur an requiranꝭ aliq̄ opera hoiꝭ ad hoc qȝ peruenire possit ad beatitudinē. ¶ Dicunt aliq qȝ nō: q⁊ deus est agens infinite virtutis: ⁊ nō pexigit in agendo mām tāq̄ sbm: nec ēt dispōnē aliquaz māe: sed pōt totū statim pducē. Opa aūt hois nō p̄nt requiri ad beatitudinē tāq̄ efficiens cā eius: q⁊ deus solus est efficiens: vt oñsum est p̄cedenti. q. Nō p̄nt ḡ regrī nisi sicut dispōes. Deꝰ tñ non pexigit dispōnes aliquas in opādo: ḡ non requiruntꝭ aliq̄ opa hois ad btitudinē eius. ¶ Jtē sic deus est actoꝛ nature: ita est actoꝛ beatitudinis. Deus tñ nām imediate pduxit nō pexigendo dispōes aliquas: ēt singulas res pduxit in suo esse perfecto fm suā spēm. Cū ḡ beatitudo sit pfectio hominis ꝓferret illā deꝰ hoi sine aliqua operatiōe sua: sic singulis rebus contulit pfectionē nālem sine aliq̄ operatione ipārum. ¶ Jtē apl's dicit ad Ro. iij. btitudinē esse hois cui deꝰ ꝓfert iustitiā sine operibus: ḡ non requiruntꝭ aliq̄ opa ad cōsequendus beatitudinē. ¶ Dōm qȝ si loq̄mur de beatitudie impfecta que hētur hic: siue sit practica: siue speculatiua requirit operatio hois. Nā ipsa beatitudo in opōne ꝓsistit. primo ethi. ⁊ illa opō est hois. ¶ Non solū tñ requirit ipa operatio hois que est btitudo: sed ēt alie opationes hūane pꝛecedentes ad beatitudinē: q⁊ beatitudo est opō fm virtutez pfectam eodē li. Et tñ añq̄ sit in hoie virtus pfecta: opz dari tēpus in quo virtutē non hēat: sed ipsam ex opōnibus acquirat: vt pz scōo: ethi. ſ. vtutes sunt inate nobis, suscipere illas: perfectis: autē per assuefactionē: ⁊ postq̄ fuerit in nobis hitus vtutū neče ē qȝ p̄us sunt ille vtutes ipfecte q̄ perfecte. Nā per operationes suscipiunt virtutes augmētuz ⁊ perfectionē. ij. ethi. Et iste oēs operationes p̄cedent ad operatōez btitudinis. ¶ Unde qui btūs est speculatiue neče est qȝ p̄us hūerit multas speculatōes ipfectas q̄ puenerit ad speculationē pfectā in qua ꝓsistit btitudo: qui ēt hz operationē pfectā fm virtutes morales in qua btitudo cōsistit: neče ē vt p̄us hūerit multas operatiōes ipfectas aliq̄s sine hitibus virtutū: ⁊ alias cū hitibus. ¶ Si autez loq̄mur de btitudie pfecta que ꝓsistit in dei visione. Dōz qȝ ad istā regritur rectitudo voluntatis: vt oñsuz est. ſ. q. lj. Et ista rectitudo pt esse ꝓns ad beatitudinē ex eo qȝ ille qui videt diuinā eēntiā que est sūmū bonū neče est qȝ oia que diligit diligat in ordine ad illā: vt pbatū est ibidē: ⁊ ista rectitudo nō dicit aliquā operationez p̄cedentē btitudinē. ¶ Aliq̄n accipiť rectitudo volūtatis vt qdā ordo debitus ipsius voluntatiꝭ ad btitudinē: in q̄tuz est vltimus finis. Et ista rectitudo exigiť ad beatitudinē sic ōbita dispō māe ad ꝓsecutionē forme. Sed ex bꝭ nō est neče qȝ aliq̄ operatio nra p̄cedere debeat btitudinē: ita qȝ si ne illa hz non possit btitudo. Posset. n. deus facere siꝭ volūtatez recte tendētez in btitudinē sic simul deꝰ dispōit aliquaz materiā ad formā: ⁊ pducit formā. Nō facit tñ sic deꝰ: sed regulariter aliq̄ opō ex pte hois p̄cedit per quā dispōatur ad beatitudinē. ¶ Et hoc exigit ordo diuine sapie. Dr. n. scōo ō celo ⁊ mūdo: qȝ eoꝝ que nata sunt hre bonū pfectuz: aliqd hz ipz sine motu: aliqd āt vno motu: aliqd vo pluribꝰ. Habere aūt bonū perfectum sine motu ꝓuenit illi qȝ naturaliter habet istud hre āt btitudinez nāliter solius dei est: q⁊ nā sua est btitudo per eēntiā. Jō soliꝰ dei, ꝓpꝛiū est qȝ ad btitudinē non moueaꝭ per aliquā opōnē p̄cedētē. Cū āt beatitudo excedat oēm nām creatā nulla pura creatura ꝓsequiť ꝓueniēter beatitudinē absq; motu operatiōis per quā tendit in ipsam. Angelus tñ qui est supioꝛ ordine nāe ꝓsecutus est btitudinē hz ordinē diuine sapie vnico actu opōnis meritoꝛie: vt oñdunt doctoꝛes. ij. sentē. Hoies āt ꝓsequunť btitudinē multis motibus operationū que vocantur merita. Unde recte dixit aris. p̄mo ethi. qȝ beatitudo est pꝛemiū virtuosaꝝ operationum. ¶ Ad p̄muz dōm qȝ non requiriť aliqua operatio hois pꝛecedens ad beatitudinē tāq̄ dispositio quedā necia sine qua deus non possit homini dare btitudinē. ¶ Nā dispositio ad introducendū formā in actionibus nālibus nō requiť nisi ꝓpter insufficientiā agentis. Qȝ si istud eēt oino sufficiens simul materiā disponeret ⁊ introduceret formā. Qȝ tamē nō est tāte virtutis pexigit dispōnes p̄cedētes in mā a se vel ab alio agente factas: ⁊ tunc introducit formā. ¶ Deus aūt q ē agens oino sufficiens simul poterit conferre homini btitudinē ⁊ disponere eū ad illā non p̄cedente operatiōe aliqua ex

D 3ª rō. Opi. q̄rūdā qȝ nō requiranꝭ opera hois ad cōsequēdā beatitudinē.

E 4ª rō. Rō ꝑma.

rō secūda.

rō tertia.

Rñsio ad quesituz. q. A

f Ad p̄m argum.

B

5 Ad 2m argu.

Qūo fō ma pōt agere.

C

h

D Btitudo in qbusdam sine motu in alīs p vnicū motū in alīs p multos: ⁊ cur hoc.

J Ad tertiū arg.

E Ad p̄m ar.

parte hois. Ordo tñ diuine sapie exigit q̄ alique opōnes exp̄te hois p̄cedant: q̄ lz hō per nālia sibi collata non possit assequi btitudinē: vt oñsuz est. s. q. xlv. z lvij. p̄t tñ se ex illis iuuare ad assequendā illā: iustū est ḡ q̄ se adiuuet. Et ē iste rectus ordo vniuersi: z nulla virtus in toto vniuerso māet ociosa. Maneret tñ si hō posset se adiuuare ex suis nālib⁹ ad p̄seq̄ndā btitudinē: z nō requireret q̄ se adiuuaret faciēdo aliq̄ operationē. ¶ Ad fm dōm q̄ lz deus sit institutor naturę z collator btitudis fuit iustū imo nec̄iū q̄ ad nāe institutionē nō p̄exigeret aliquā dispōnē. ¶ Q̄ cū de⁹ oia ex nihilo p̄duxerit nō erat ibi aliqs qui posz pmittere aliquā dispōnez: vt postea de⁹ opareť: nec ēt adhuc erat mā que reciperet dispōnes. Nā oēs dispōnes ad formā recipiunť in mā: z tñ mā non p̄existebat: sed de⁹ eā p̄duxit. Jō nec̄e erat q̄ vl deus non p̄ducēt aliqd: vel q̄ nō p̄exigeret aliquā dispōnē: sed sil' formaz z mām z dispōnes in mā p̄duceret. ¶ De btitudine aūt secus est: q̄ hō qui btificabilis est. iā subsistēs est: z habet vtutē nālē per quā possit se iuuare ad btitudinē: iō iustū est q̄ se adiuuet. ¶ Cū āt dr q̄ deus instituēdo nām p̄duxit oēs res pfectas fm spēs suas. Dōm q̄ hoc fuit: q̄ de⁹ voluit q̄ per ista in diuidua singulaz spēz que ipse nūc p̄duxerat p̄seruareť nā ipsaz spēz per gnōnē: z q̄ ad hoc q̄ aliq̄ res generet vel agat nō sufficit q̄ sit: sed ēt requiť q̄ pfecta sit: vt p̄batū est p̄cedēti. q. in sol'one scī arti. Debuit de⁹ in creatione oēs res pfectas p̄ducere: q̄ al's piret tota nā p̄ducta in rebus gñabilibus z corruptibilibus: cū non posset p̄seruari sine gnone: z tamē indiuidua impfecta gñare non possent. ¶ Secus āt est de btitudine: q̄ ēt si deus voluisset dare hoi btitudinē que est pfectio sua vltima tanq̄z aliqd sibi naturaliter iherens fieri non potuisset: q̄ lz deus ex gr̄a possit hoi dare btitudinē: non pōt tñ effici q̄ btitudo sit hoi naturalis q̄ lumē gl'ie per q̄ est btitudo non pōt hoi esse cōnaturale cū solius dei sit p̄priū: vt ostensum est. s. q. xlv. Fecit tñ de⁹ hō q̄ dedit vnuz hoiem creatū in vltia sua pfectione qui ab ista ti sue p̄ceptiōis habuit totā suā btitudinē: z ille fuit xp̄s. Et hoc q̄ sic per indiuidua nature creata in totali pfectōe erat natura p̄pagāda. Jta a xp̄o in oēs hoies btitudo deriuanda erat. Juxta istud ad hebr. ij. Qui mlt̄os filios in gl'iā dei adduxerat. ¶ Hoc āt singulare fuit in ipso: sic fuit singulare in eo q̄ ipse solus in toto orbe esset sil' deus z hō. Et sic ēt beatitudo sua nobis p̄dest: q̄ pueris baptizatis subuenit meritum xp̄i ad cōsequēdā beatitudinē q̄bus merita p̄priā ōsunt: eo q̄ per baptismū effecti sunt mēbra xp̄i. ¶ Ad q̄rtū dōm q̄ apl's nō logť de beatitudine in re: sed in spe. Et ista hētur per gratiā iustificatē. Sīa āt ista nō est per merita p̄cedentia cū sine gr̄a hō mereri nō possit. Et ista btitudo nō hz rōnem finis sic̄ btitudo in re: sed magis est q̄dā p̄incipiū motus ad p̄sequēdā illā btitudinē. ¶ Et p̄z q̄ itelligať de btitudie spei q̄ dr q̄ btūs est hō cui data est iustitia sine opib⁹: ḡ ista beatitudo de qua logť apl's consistit in iustitia. Btitudo tñ vera que est btitudo in re nō dicit iustitiā nec aliquā virtutē: lz solam dei visionē. Et ad istā requrunť bñ aliq̄ opa p̄cedētia. De hīs scūs Tho. p̄ma scē. q. v. arti. vij.

¶ An oēs hoies appetant beatitudinē. Qō. LX.

Querit an omnes hoies appetant beatitudinem.

Queritur cum singulis btitudinibus assignent singula premia vt ꝑz in lra. An ista ꝑmia ptineant ad hanc vitā vel ad futurā. ¶ Alig dicūt q; solum ad futurā: q; hoies dicunt hic bti in spe t nō in re oīm tñ spei est btitudo futura: q̄ ꝑmia ista que spes respicit in vita futura erūt. ¶ Itē luc. 6. vbi ponunt iste btitudines ponunt quedā pene per oppositū ad btitudines cū dī veb vob qui saturati estis q; esurietis veb vobis qui ridetis nūc quoniā lugebitis t flebitis. Iste tñ pene nō intelligunt in hac vita: q; sepe hoies mali in hac vita nō puniunt sicut ꝓphēta ps. lxxij. In laboze hoiuz nō sunt t cū hoib⁹ nō flagellabunt: t Job. xxj. dr. Ducūt in bonis dies suos q̄ ꝑnr ꝑmia ista nō ptinēt ad hanc vitā. ¶ Itē in ꝑma btitudine. s. pauptas ponit p premio regnū celoz: t illud est btitudo celestis vt dicit augu. xxj. de ciui. dei. Aliud ꝑmium est qm̄ ipi saturabunt: t tñ plena saturitas nisi in futura vita bri nō pōt iuxta illud ps. xvj. Saciabor cū apparuerit gl'ia tua. Et tñ ēt sacietas ponit hic p̄o ꝑmio. ¶ Etiā ponit hic vt ꝑmiū q; filij dei vocabunt: t tñ hō non erit filius dei nisi in vita eterna: cum filius dicat assimilationē ad pr̄em qō hēbimus in futuro sic dr ꝑma. Jo. j. s. Nondū apparuit qd erimus scimus aūt qm̄ cū apparuerit similes ei erimus t videbimus eū sicuti ē t sic ꝑma ista nō pñt ad hanc vitā ptinere. ¶ Dōm q; circa ista premia vr aliq; diuersitas inter doctores sacre scripture. Quidā. n. referūt oia ista ꝑmia ad futurā btitudinē. Sic ponit ambro. super lucā augu. aūt in lib. de sermone dñi in mōte dicit q; oia ptinent ad pñtem vitā. Chrisо. aūt in qbusdaz omelīs dicit q̄dā istoz ptinere ad pñtez vitā t alia ad futuram. ¶ Pro quo ꝑsiderādū q; iste btitudines vocant sic qa fm illas est hō in spe ad futurā btitudinez vt dcm̄ est supra. q. lxxx. Est aūt in hoie spes future btitudinis pp duo. Uno⁹ pp aliquā disp̄onē vel ꝓparationē q̄ sit in nobis ad futuram btitudinē per modū meriti solū alio mō per quādā inchoationem future btitudinis q̄lis hētur in hac vita in viris scis. cui aūt ꝓcessa est inchoatio alicui⁹ rei pōt spem hr̄e de complemento eius ꝓcedēdo. Sed nō est spes vtrobiq; eq̄lis sicut n̄ est vtrobiq; eq̄lis approximatio. Nā ꝑmo mō solū est spes de btitudine pp meritū scōo mō nō solū est meritū sz etiaz q̄dam inchoatio btitudinis: t sic est maioz spes. ¶ Sicut alit homo hz spem de fructu arboris qn̄ fructus nasci incipit q̄z qn̄ frondes pullulant. Primo mō btitudo est in oib⁹ viris bonis cū mereant illā scōo mō est in viris scis q hñt pfectionez magnā in hac vita. Nā hic sepe incipiūt gustare q̄z dulcis est dñs. ¶ Cōsiderandū ēt q; in istis btitudinib⁹ ponit aliqd p modū meriti t aliqd per modū ꝑmij. ¶ Primum est in ipis btitudinibus que sunt dispōnes ad futurā btitudinē. Et de istis nō est dubiū qn oēs sunt in hac vita. Nam in futuro nulla erit cū dicāt quasdā opationes laboriosas vel afflictuas de ꝑmijs aūt que eis corrñdent ꝓstat q; nō sunt dispositiōes ad aliqd merendū cū dicāt quasdā pfectiones delectabiles t sine aliquo labore vt hr̄e regnū celoz t videre deuz t saturari t sic de ceteris. ¶ Et de istis est rōnabiliter dubiuz an sint in hac vita vel in futura. Et dōm est q; qdā illoz dicunt ipsaz eēntiā btitudinis future sicut videre deū t habere regnū celoz: t ista nō pñt hr̄i pfecte in hac vita sed sci viri hñt aliqn hic aliquā inchoationē istius btitudinis q; aliq mō vident deū lz nō per eēntiā q; nō legimus nisi de moyse t paulo vt declaratū est supra. q. xlvj. sed p quendā modū excellētē qui nō est oino per speculū t in enigmate. Et talis visio reficit mētez eoz oi gaudio. Hñt etiā aliqd de regno celorum q; aliquā participationē habēt bonoz celestiū. ¶ Alia sunt premia que nō dicunt ipsaz eēntiā btitudinis lz aliquo mō pertineāt ad btitudinē vt ꝓseq; mjam t vocari filij dei t ꝓsolari. Et ista pñt adhuc perfectius hr̄i a viris scis in hac vita. Uñ pōt dici q; qdā istoz pñt hic hr̄i perfecte alia autez fm inchoationē. ¶ Et hoc mō ꝓcordabunt dicta doctoruz. Nam augu. vult q; habeant oia ꝑmia in hac vita. Qd̄ verū est saltē ad q̄ndā inchoationē: q; nullū istoz est q̄tūcunq; pfectū cuius ptē aliquātulā nō gustēt sci in hac vita. Nā maximū eoz est videre deū t tñ istud multis ꝓcedit imo oibus scis pfectis in hac vita vt doctores volūt cū ēt graduſ illelūmus visiōis. s. p̄entiā q̄busdā scis hic ad horā collat⁹ fuerit scz paulo t moysi. ¶ Ambrosius aūt dicit oia ptinere ad futurā vitā. Qd̄ vez est q̄tū ad pfectionē ipoz. Nā lz in viris scis sint hic qdā degustatiōes istoz ꝑmioz in nullo tñ cōsummant cū in hac vita nō debeat eē pfectū bonū hois. ¶ Chrisо. dicit qdā istoz hr̄i hic t qdā i futuro q; qdā eoz que nō dicūt ipsaz eēntiaz btitudinis hñr q̄si plene i pñti sic mjaz cōseq; t vocari filios dei alia aūt. s. q̄ dicūt ipsaz eēntiā btitudinis dicunt nō hr̄i hic q; p minima pte hñtur. ¶ Aliter pōt dici t adhuc magis plane q; tota ista discordia ꝓuenit ex diuerso mō exponēdi ꝑmia btitudinū. Nā vno mō exponēdo pñt hic hr̄i oia ꝑmia ēt plene alio mō exponēdo nullū eoruz hēbit in pñti. Exponēdo aūt medio modo. s. miscēdo istas duas expositiones hēbunt hic qdā: t alia nō. ¶ De ꝑma expositione ꝑz. Nā primū ꝑmiū est hr̄e regnū celoz: t istud fm q̄dam significat initiū pfecte sapie. Ita augu. exponit: t cōmuniter doc. dicūt q; aliqn accipit regnū celoz p̄o intellectu sacre scripture. Sic accipit qn̄ xp̄s dixit iudeis. j. xxj. c. Auferetur a vobis regnū celoz t dabit genti facienti iustitiā eius id est auferet a vobis intellectus sacre scripture: q; non vultis eam intelligere t dabitur genti facienti iustitiā eius. i. que ꝑpleat illam iuste sicut intelligi debet. Hoc mō regnū celoz̄ in

pñti

Opinio q̄rundam. p^a rō. 2. rō.

3. rō.

ſu pñti hñi põt: q̄ multis viris bonis deus dat hic initiū vere ſapie plene. i. plene hñt initium ſapie lz nō hēant plene ip ſaz ſapiētiā. ¶ Scōm p̄miū eſt q̄ poſſidebunt terrā: t põt intelligi de poſſione terre ſm lr̄am: ſicut dr̄ ps. xxxvi. Māſueti aūt poſſidebunt terrā t delectabunt in multitudine paciſ Et itelligit etiā de pñti ſtatu. Uel põt itelligi poſſidere terrā idest pacificū hīe deſideriū: t iſtud hoi in pñti q̄uenire põt.

¶ Tertiū p̄remiū eſt cōſolari: t põt intelligi p̄o conſolatione quā hō accipit per ſpm̄ ſcm̄ in oibus in quibus deū inuocat cū ipſe dicat paraclitus. i. conſolator. Joā. xiiij. t hoc ēt in p̄ſenti hētur. ¶ Quartū p̄remium eſt ſaturari: t põt intelligi de ſaturitate illius cibi de quo xp̄s loquebat q̄n dixit: meus cib⁹ eſt vt faciā voluntatē p̄tis mei. Et hanc ſaturitatē hō hz quā do gaudet q̄ voluntas dei impleat: q̄ hoc petimus in oratione dñica dicētes: fiat voluntas tua ſeq̄nti. c. ¶ Quintū p̄remium eſt mjam ſuſcipere. Et hoc ſatis cōuenit in pñti quia ſemp nobis deus miſereb. ¶ Sextū p̄remium eſt videre deū q̄ etiā cōtingit hic in viris ſcis: qui purgato oculo mentis deum vident: lz nō videāt ſicut in vita eterna videb. ¶ Septimum p̄mium eſt vocari filiū dei. Q̄ etiā hō h̄ hīe põt: q̄ filius hz ſimilitudinē p̄ris. Et q̄ ad deum ptinet pacē ponere i oibus rebus vniuerſi. Juxta illud Job. xxv. Qui facit pacez in ſublimibus ſuis. Qui ergo ad ſimilitudinē dei hic pacem hz t alios ad pacē reducere conat: filius dei vocari poteſt.

¶ Per iſtū modū exponēdi t ſimiles pñt oia iſta p̄mia hñi in via. Et ſic exponit ea augu. in lib. de ſermone dñi. Et ſanctus Tho. poſt eū dicēs q̄ regnū celoz põt intelligi perfecte ſapie initiuz ſm q̄ incipit in eis ſp̄s regnare. Poſſeſſio etiā terre ſignat affectū bonū aie requieſcētis per deſideriuz in ſtabilitate hereditatis perpetue per terrā ſignate. Conſolantur ēt in hac vita per ſpm̄ ſcm̄ qui paraclitus. i. cōſolator dr̄. Saturantur etiā illo cibo de quo dñs dicit: cib⁹ meus eſt vt faciā voluntatē p̄tis mei. Mjam etiā in hac vita cōſequūtur. hic etiā purgato oculo per donū intellect⁹ deus quodāmodo videri põt. Et in hac vita qui motus ſuos pficiunt ad dei ſimilitudinē filij dei vocant. Hoc mō neceſſe eſt dici iſta p̄mia in hac vita habita fuiſſe a multis viris ſcis. ¶ Sic dicit aug. in lib. de ſermone dñi in monte. Jſta quidē p̄emia i hac vita cōpleri pñt ſicut cōpleta fuiſſe in ap̄lis credunt. Nā illa oīmoda in angelicā formā mutatio que poſt hanc vitā p̄mittitur nullis ꝟbis exponi põt. ¶ Alio mō pñt iſta p̄emia exponi. Primū eſt regnum celoz q̄ ſignificat manſionē in celo empyreo vbi ſcti regnāt cū xp̄o i eternū apoc. v. Et hoc nō põt ee in vita. ¶ Scōm eſt poſſidere terrā nō intelligendo de hac corruptibili in qua hoies moriunt: ſed de illa de q̄ dr̄. ps. cxiij. Portio mea dñe ſit in terra viuentiū. i. in terra i qua ſemp viuitur que eſt vita eterna: t hic hñi non poteſt.

¶ Tertium eſt conſolari: q̄ nō ſignificat iperfectā conſolationem: ſed illam cui nō ſuccedit aliq̄ anguſtia vel luct⁹ de quo hō indigeat itez cōſolari: t hoc cōtingit poſt hanc vitā apoca. vij. Ante thronū dei ſunt die ac nocte: t q̄ ſedet ſup thronū habitat ſuper illos nō eſuriēt nec ſitiēt amplius nec cadet ſup illos ſol nec vllus eſtus: q̄n agnus qui in medio throni eſt reget illos: t deducet eos ad vite fontes aquaz t abſterget deus oēm lachrimā ab oculis eoz. Hoc tn̄ manifeſtū eſt q̄ nō erit niſi poſt mortē cū dicat q̄ iſti ſunt die ac nocte ante thronū dei. ¶ Quartū eſt ſaturari. Et de hoc planū eſt q̄ plena ſaturitas in hac vita hñi nō põt: ſed poſt mortē. ps. 16. Saciabor cū apparuerit gl̄ia tua. ¶ Quintū eſt cōſeq miſericordiā. Eſt aūt pfecta mja cū miſer oino liberat a miſia q̄ in hac vita nō cōtingit ſed poſt mortē q̄n de⁹ abſterget omnem lachrimā ab oculis ſcōz. Apoc. vij. miſericordia autem que hic eſt: q̄ adhuc cū miſeria mixta manet nomē miſericordie plene nō conſequit. ¶ Sextū eſt deū videre: q̄ hic nō contingit q̄ exodi. xxxiij. dr̄. Non videbit me hō t viuet. i. nō videbit me hō q̄diu viuit. Et ſic q̄tūcunq̄ viri ſci per donum intellect⁹ elleuent hic ad cognoſcendū deū nō vidēt deū ſed aliquā dei ſimilitudinē que eſt effectus eius. Sic dicit Dion. in epla ad gaiū monachū: q̄ qui putauerit ſe hic deū vidiſſe nō vidit deum: ſed aliqd diuinoz. Nam altiſſima cognitio quā hō põt hic hīe de deo eſt q̄ cōiungat hō ei q̄ſi vt in noto: vt ait Dion. lib. de myſtica theo⁴. ¶ Septimū eſt vocari filiū dei. habet aūt filius expreſſaz p̄riſ ſimilitudinē. Nō videbit tn̄ quomō hēat hō dei ſilitudinē quouſq̄ ipſe de⁹ videat: t tunc apparebit quomō filij dei ſumus nūc aūt nō apparet. ¶ Sic dicit. j. Joā. iij. Nondū apparuit q̄d erimus ſcimus aūt q̄n cū apparuerit ſimles ei erimus videbimus euz ſicuti eſt. Ergo nemo eſt de quo hic apparere poſſit quomodo ſit filius dei q̄ nōdum apparuit q̄d erimus: maxime q̄ nūc nō poſſumus eē ſimiles ei quouſq̄ appareat quod erimus.

¶ Hoc mō oia iſta p̄mia pertinent ad vitā futurā. Et ſic poſuit ambro. t valde ꝓſequēter. ¶ Tertio mō pñt exponi iſta p̄mia mixtim: partiz ſequēdo vnā expoſitionē: t partim aliā. Et tūc oia que fuerint expoſita per primū modū pertinebūt ad vitam pñtez: t oia que per ſcōm modū ptinebūt ad futuram. Et ſic expoſuit chriſo. in ſuis omelijs dicēs q̄daz p̄mia pertinere ad pñtem vitā t alia ad futurā. De hijs ſcūs Thomas. j. ij. q. lxix. ar. ij. ¶ Ad p̄mum dō^m q̄ ſpes nō ſolū eſt de btitudine ſed etiā de gr̄a per quā pueniē ad btitudinez t de oibus medijs pueniendi. Uñ dr̄ hō ſperare a deo adiutoriuz in auguſtijs pñtib⁹. ps. xv. Cōſerua me dñe q̄m ſperaui in te t. ps. xxj. In te ſperauerunt pr̄es nr̄i t liberaſti eos. ¶ Uel põt dici q̄ ſpes eſt de btitudine. Et dr̄ aliqs btūs in ſpe propter btitudinem illā que eſt in futuro. Jſta tn̄ p̄mia que ponūtur in iſtis btitudinibus ſm modum exponēdi aug. poſſunt hñi in hac vita vt ſupra oñdimus. Et ſic per iſta p̄mia nō dicēt aliqs btūs in ſpe ſed in re: q̄ realiter illa hz: t tn̄ btitudo oium pfecta. Et ſic nō arguit̄ q̄enienter q̄ p̄mia iſta ſint in futuro q̄ ſumus nūc bti in ſpe cū btitudo in ſpe nō ſit q̄ habetur per iſta p̄mia: ſed p viſionē dei. Jdeo poterunt eē p̄mia iſta in pñti volendo tenere modum exponēdi aug. ¶ Ad. ij. dōm q̄ tā pene maloz q̄⁹ p̄mia bonoz ſunt in pñti quantū ad aliqd lz nō pfecta pena maloz. Nec cōſumatur gaudiuz bonoz: t maxie de penis ſp̄ualibus t gaudijs: q̄ lz mali in pñti aliq̄n careant penis corpalibus nunq̄ tn̄ carent penis ſp̄ualibus: q̄ intra ſe affligunt̄ p iniquitate ꝓſcie. Sic dic augu. p⁹ cōfeſ. Juſiſti dñe: t ſic eſt vt pena ſit ſibi ois inordinatus aīus t ariſto. ix. ethi. dicit de malis q̄ cōtēdit ipoz anima t hoc q̄dē trahit huc illud aūt illuc: t cōcludit. Si autez miſerū eſt ſic malū eē: fugiendū eſt eē malū itēſe. ¶ Sic etiā de bonis qui lz in hac vita nō hēant ſemp corpalia p̄mia ſpiritualia tn̄ eis nunq̄ deſunt. Nā etiā corpalia hñt cū xp̄o dixit. Matt. x. q⁹ nemo eſt qui dimiſerit domū aut frēs aut ſorores aut p̄em: aut matrē: aut filios: aut agros ꝓpter me t p pter euāgeliū qui nō accipiat cēties tn̄ nunc in pñti tēpore: t in ſeculo futuro vitā eternā. ¶ Dicendū tn̄ q̄ ille pene q̄s xp̄s poſuit Luc. vj. ſ. veh vobis qui ridetis t c. ſm veritatē magis intelligunt̄ de futuro q̄⁹ de pñti: q̄ ibi mali lugebūt, t flebunt: eo q̄ ligatis manibus t pedib⁹ mittētur in tenebras exteriores vbi erit fletus t ſtridor dētiū. j. xiij. t. xxv. Et iſtū modū exponendi tenuit Ambro. ſup lucā dicēs q̄ tam p̄emia q̄⁹ pene ptinēt ad futurā vitā. ¶ Ad. iij^m. dō q̄ oia iſta p̄mia pñt exponi in tali ſenſu q̄ ſint omnia in p̄ſenti ſicut expoſuimus ſupra ſm Augu. licet ſm alium modum omnia p tineant ad vitam futuram.

¶ An, pueniēter t ſufficiēter h enumerēt btitudies. Q. 83.

Queritur an btitudines cōueniēter t ſufficienter numerent hic. ¶ Dicunt q̄daz q̄ nō: q̄ ſunt plures alie btitudines in ſacra ſcriptura q̄ nō pertinent ad iſtas ſicut Job. v. dr̄. Btūs hō qui corripit a deo: t ps. j. dr̄. Btūs vir qui nō abūt in conſilio ipioz: t Prouerb. iij. dr̄. Btūs vir qui inuenit ſapiam. Et illud btūs vir qui inuentus eſt ſine macula: t illō iacobi. j. Btūs vir q⁹ ſuffert tentationem: t ſimiles btitudines quaz nulla ponit hic. ¶ Jtē hic ponūtur octo btitudines vt vr̄: t Luc. vj. ponūtur ſolū q̄ttuor: ergo hic vel ibi enumerant inconueniēter. ¶ Jtē btitudines dñr attribui donis ſp̄ūs ſci. Dona aūt ſunt ſeptē t tamē btitudines ponūtur octo. ¶ Dōm q̄ btitudines enumerantur hic pueniēter t p̄ſupponēdū eſt q̄ iſte btitudines nō ſūt ipſa vera btitudo q̄ vnica eſt ſed diſponūt hoiem ad btitudinem vel dant ſpē ei⁹ aut q̄ndā deguſtationē impfectā illius vt oñſū ē ſupra. q. lxxx. Btitudo aūt eſt opatio perfectiſſima rei viuētis ſm nām rōnalē vt dicit Boetius de conſola. lib. ij. p̄ſa. v. btitudo eſt ſummū bonū nature rōne degentis: t qa btitudo fundat in vita ſm differētiā vite eſt differentia btitudinis. ¶ Tres aūt vite aſſignant vt ait ariſto. j. ethico. ſ. voluptuoſa ciuilis: t cōtēplatiua: t ab hijs denominant tres btitudines eis rñdentes. ſ. voluptuoſa: practica: t ſpeculatiua. Jſte tres beatitudines ptinent ad hanc vitam t q̄ vera beatitudo non poteſt haberi in vita iſta vt oſtenſuz eſt ſupra

Opinio q̄rundam p⁹ rō.

2. rō.

3. rō.

A

B

q.xlvij.opꝫ ordinari istas ad illam. ¶ Prima autē eaꝝ.s.voluptuosa est falsa bitudo ideo nō pōt ordinari ad verā beatitudinē sed potius prestat ipedimentū ad illā. Et qz per bti tudines hic positas ordinamur ad verā beatitudinē. Et ad hoc q̄ quis tendat in aliquē finē non solū requiritur q̄ habeat ea que in illū dirigunt sed q̄ etiā prius caueat omnia q̄ tendentē ad illū finē impediunt. Jdeo per beatitudines hic positas primo excludit beatitudo voluptuosa deinde ponūtur aliq̄ ptinētia ad beatitudinē practicā z specl'atiuā p̄sentis tēpoꝝ| que dirigūt in futurā beatitudinem. ¶ Uoluptuosa autē beatitudo in duob⁹ consistit scz in habūdantia reruꝫ exterioꝝ sicut sunt diuitie z honores z potētie temporales. ¶ Scōm est in delectatione ipsa que est sequēdo passiones ꝑprias. ¶ Omnia aūt hec caueri pōt tā per virtutes morales q̄z per dona qz eadē ōba habēt. Et tñ dona hñt actus perfectiores q̄z virtutes morales sicut heroice virtutes sunt excellentiores moralibus vt oñsum est supra.q.lxxxj. Perfectius ergo se hēbit hō per actus donoꝝ circa h. q̄z per act⁹ virtutum. ¶ Circa primū.s.diuitias honores z potentiā. hz se hō cōuenienter per moralē virtutē. Nā diuitie ad liberalitatem ptinēt per quā decēter expendunt in mediocribus expēsis. Ad magnificentiā aūt ptinent in q̄ztū ministrant decenter in magnis expēsis z nō quottidianis: de qbus aristo.iij. ethi.c.de liberalitate: z.c.de magnificentia. ¶ Honore autē decēter qs vtitur per virtutē philotimie: vel q̄ fm alios innominata est: z hec in paruis honorib⁹. hz aūt se decēter in magnis per virtutē magnanimitatis de qb⁹ aristo.iij.ethi.c.de magnanimitate. ¶ Circa administrationē potētie cōuenienter quis se hz per virtutē iustitie vt dr̄.v.ethi. ¶ Circa oia tñ ista excellētius qs se hz per actū doni cōtēnēdo z abȝciendo oia hec ꝑp desideriū futuroꝝ bonoruꝫ. Et qz bitudines iste sunt actus donoꝝ vt oñdimus supra.q.lxxxj. Prima bitudo est pauptas spūs per quā qs volūtarie contēnit z abȝcit diuitias honorē ptātē z cetera bona huius seculi: vt sic soli xp̄o expedit⁹ militet. Et est ista, pauptas spūs.i. voluntaria qz si ex necessitate aduenerit siue ex i potētia ptiebit ad quā dam virtutē pacienter tollerare pauptatē tñ, nō vocabit beatitudo que est pauptas spūs: nec etiā erit actus doni: sed erit actus virtutis moralis qz per humanā virtutē pōt hō sustinere decēter pauptatē. ¶ Scōm in quo cōsistit voluptuosa bitudo est sequi passiones ꝑprias que sunt in parte irascibili: z concupiscibili. ¶ Circa irascibilem mediocriter se habet quis decenter refrenando iram per virtutem mansuetudinis de qua aristo.iij.ethico.capi.de mansuetudine. Excelleuius tñ se habz circa hoc per actum doni reddendo totaliter hoiez trāquillū a passione iracūdie. Jta vt iā nullus mot⁹ ei⁹ insurgat: per virtutē aūt māsuetudinis frenat ira insurgens z tñ nō tollit qn aliq̄ insurgat. ¶ Etiā per mansuetudinez aliq̄ iniurias sustinemus: z aliq̄ vindicamus. iij.ethi. qui aūt per actū doni a passione ire trāquillus reddit nihil hz qō vindicet. ¶ Jdeo circa hoc ponit scōa bitudo.s.bti mites z eē mitē est magis q̄z eē māsuetū. Iz aliq̄ putāt eē idē. Ne tamē aliq̄ errarēt cū hic nō ponant virtutes morales nec act⁹ eaꝝ sed actus donoꝝ qui sunt valde excellētiores nō dictū ē beati māsueti sz bti mites: eo q̄ māsuetudo nomē vtutis moralis est. ¶ In parte etiā cōcupiscibili sunt passiones quas sequūtur voluptuosi.s.delectatiōes in gustu: z tactu z ceteris sensibus. ¶ Circa istas aūt decēter se hz quis per tēperātiā que est virtus moralis vtēdo eis vel abstinendo sicut rō suadet. De quo ari.iij.ethi.c.de tēperātia: sed excellētius se hēt circa eas per actū doni oino eas reprimēdo: z abstinendo ab illis īmo z luctū volūtariū in hac vita sibi iponēdo: qō fit abstinēdo ab oi delectatione: sicut dr̄.j. Pe.ij. Obsecro vos tanq̄z aduenas z peregrinos a carnalib⁹ desideriꝫ abstinere. Et tam oia delectatio sensitiua est carnale desideriū. ¶ Ob hoc est tertia bitudo.s.bti qui lugēt: z hoc fit abstinēdo a delectabili qz qui in aliquo delectant nō lugēt. ¶ Jste tres bitudies disponūt hoiez ad verā bitudinē tollēdo oia illa q̄ ptinēt ad bitudinē voluptuosaz q̄ a vera bitudine distrahit. ¶ Manet aūt practica bitudo que cōueniēter ordinatur ad veraz beatitudinem z consistit in operatiōe virtutis z maxime circa illa in quibus quis cum proximo conuersatur Ea vero in qbus cōuersamur ad ꝓximā pōt interdū habere rotionem debiti z interdū eē spōtanea. Jn eis vo q̄ debita sunt habet se quis decēter ad ꝓximū q̄ ea illi reddat nō fraudādo in aliquo ius ꝓximi qō fit per iustitiā cōmutatiuā z distributiuaz de qbus.v.ethi. ¶ Excellētius tñ se hz quis circa hoc p actū doni.s.q̄ nō solū ꝓximo sua reddat: sz etiā cū ardenti desiderio illa det sicut esuriēs z sitiēs ardēti desiderio cibū z potū capit. Jdeo.iij.btitudo est beati qui esuriūt z sitiūt iustitiaz idest ardēter illā amant. ¶ Circa illa aūt que sunt spōtanea bene se hz qs per virtutē moralē donando amicis z cognatis z alīs nobis cōiunctis per virtutē liberalitatis aut magnificentie. Donū tñ excellētius se hz in hīs ita q̄ nō solum amicis vel cōiūctis ex hoc intuitu aliqd dem⁹ sed etiā exteriꝫ pauperibus pp̄ solā xp̄i reuerentiā liberaliter tribuamus. Naz si solū dederimus amicis z cōiunctis nr̄is nihil spāle facimus si aūt oibus pp̄ xp̄m damus est excellētius: z in hoc deū imitamur. j. in ꝛra si diligitis eos qui vos diligunt quā mercedē habebitis. Nōne z publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis frēs vr̄os tm̄ qd amplius facitis. Jdeo pfectionē ponebat ibi xp̄s q̄ diligeremus oēs etiā inimicos z orarem⁹ p eis. Hoc etiā est: qz qui dat amico vel cognato pōt expectare retributionem qui aūt pauperi exteneo ꝓpter xp̄um dat nihil inde sperat. Et sic est actus excellētior. Unde dr̄ Luc.xiij. cum facis prandiū aut cenā noli vocare amicos aut frēs tuos sed voca pauperes z debiles z c. qui nō hñt retribuere tibi. ¶ Uel p̄t intelligi q̄ in spōtaneis hz se quis decēter per virtutē erogādo nō solum cōiūctis sed etiā exteneis. Et tñ excellētius se hz per donū nō solū dando sed eoꝝ miseriā in se trāsumēdo scilicet cōdolendo eis q̄ miseriā patiant. Et fm hoc ponit beatitudo.v. beati misericordes. i. qui miseris tribuūt vel miseroꝝ angustiā in se accipiūt. Naz diuitib⁹ tribuere vel amicis non dicit misericordia sed liberalitas vel magnificētia. ¶ Contē platiua aūt bitudo pōt accipi vt pfecta vel impfecta. ¶ Si perfecta sic est eēntialiter ipa bitudo futura. Nam non dicitur pfecta cōtēplatio vel speculatio nisi quando est actus intellectus optime disp̄siti z circa obiectum optimum. Jstud aūt nō cōtingit nisi qs viderit deū per eēntiā. Nam tunc erit obiectū optimū. s. deus: z intellect⁹ optime dispositus qz clare videbit z perficiet per ipsaz diuinā eēntiā q̄ vnietur ei tanq̄z forma itelligibilis vt per eam deū intelligat vt ostēsum est supra.q.xl. Et ista est beatitudo eēntialiter. j. quā non est aliqua speculatio pfecta hoc aūt non pōt haberi in hac vita vt ostēsum est supra.q.xlvij. ¶ Si aūt sit cōtemplatio imperfecta est quedā incohatio beatitudinis iō inter istas beatitudines non pōt aliq̄ correspondere speculatiue beatitudini. Et pz hoc qz iste beatitudines dicunt quedā merita cū sint q̄dā actiones difficiles vt eē pauperē spū: z lugere: z hr̄e cor mū duz: z sic de ceteris: beatitudo aūt cōtēplatiua si est perfecta est totū premium. Si autē est iperfecta est quedā pars p̄mij. Jdeo p beatitudine contēplatiua non pōt hic respōdere aliqua beatitudo. Sed respōdēt p̄mia beatitudinuꝫ z possunt respōdere oia premia que ponunt hic cū oia habeant perfete in beatitudine eterna que est dei visio spāli⁹ tñ respōdēt premia duaꝝ beatitudinū sequentiū scilicet sexte z septime. ¶ Premium sexte est qm̄ ipsi deū videbūt: z iste est proprius actus beatitudinis cōtemplatiue. ¶ Respondet etiā p̄miuz septime. s. filij dei vocabunt. Nam filius dicit per similitudinem patris. Et nos tunc ꝓprie erimus filij dei qz ei similes erimus. Et istud solum erit quādo eū videbimus. j. Joan.iij. Nondū apparuit qd erimus. Scimus qm̄ cum apparuit similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Et sic lz non respondeant bitudines iste beatitudini cōtēplatiue respondēt ei premia eaꝝ. ¶ Jste aūt due bitudines rñdēt beatitudini practice que ad ipsam cōtemplatiuā disponit. Et qz ad videndū deum qō est premiū requirit mundicia itellectus: sicut ad videndū colores requirit mundicia oculi ponit sexta beatitudo beati mūdo corde z ista mūditia causat in homine p actus virtutum moraliū que rectificant appetitū nostrū z tūc dicitur esse cor mundum. ¶ Potest etiā applicari ista beatitudo sequens sicut exposuimus eam supra in expositiōe littere. ¶ Septima etiā beatitudo ptinet ad beatitudinē practicam que dirigit hominē ad ꝓximū in hoc q̄ caueat ei mala inferre vel cōturbare ipsum. Et hoc est per pacē quam habet ad ipsum. Et sic septima beatitudo ponitur beati pacifici. De hīs sanctus Tho.j.ij.q.lxix.ar.iij. ¶ Ad p̄mum dicēdū q̄ beatitudines sufficiēter enumerātur hic: quia necesse est omnes beatitudines que narrantur in sacra scriptura eē aliquas de istis vel reduci ad istas quātū ad ipas beatitudines

que

que sunt merita quedā vel quātū ad earum p̄mia: quia ne cesse est q̄ omnes beatitudines quecunq; sunt pertineāt ad vitam actiuam vel ad contēplatiuā. Nam ad voluptuosam nulla beatitudo ptinet de istis quia ipsa est falsa beatitudo Et ponuntur hic tres beatitudines ad excludendum eaz sci licet tres p̄me vt dictum est: quattuor sequentes pertinent ad vitam actiuam: cum ad contemplatiuam pertinere nulla possit pp causam supra dictam: z competūt ille quattuor sic q̄ aut cōsideraē actus beatitudinis actiue in quantū dirigit ad cōtēplatiuā vel in quantū dirigit hominē vt bene se habe at ad p̄rimū. ¶ Si p̄imo modo cōpetit vna beatitudo scili cet mūdicia cordis vt dictū est. ¶ Si scōo mō aut homo be ne se habet ad p̄rimū in nō nocēdo ei: aut benefaciendo ei: quātuz ad p̄mū cōpetit beatitudo septima. s. beati pacifici: q̄ per pacē nō cōturbamus p̄imos. ¶ Quantū ad scōm aut se habet bene hō in eis que habēt rōnez debiti: z sic est bea titudo quarta. s. beati qui esuriunt z sitiūt iustitiā. Aut in eis que sunt spōtanea: z sic est beatitudo quinta scz beati misericordes. Et hoc mō in istis septē habeē sufficientia beatitudinū. ¶ Et oēs alie ad istas reduci possunt. Et q̄n dicit. bea tus vir qui corripit a deo: pertinet ad beatitudinē luctus qa qui corripit a deo ammonet ab eo penitentiā facere de pecca tis. Nam p̄pter peccata corripit z tamē penitētia est p̄terita mala plāgere vt ait ysidorus. ¶ Cum aūt dī. Btūs vir q nō abijt in cōsilio impioz pertinet ad beatitudinē sextā que est cordis mūditia: q̄ qui nunq̄ abijt in cōsilio impioz cor mū dum hz. ¶ Cum aūt dr. btūs qui inuenit sapiētiā a deo non reducit ad beatitudinē aliquā: sed ad p̄miū septime beatitu dinis. Nā qui sapiētia a deo inuenit filius eius vocat. Nam ex eo q̄ dat sibi sapiētiā cognoscit eū vt filium: z ex eo q̄ iste sapiētiaz accipit a deo assimilat ei q̄ per istā sapiētiam agno scit deū: z per hoc q̄ deū agnoscimus eius filij sumus cuz ei tunc assimilemur. j. ioā. iij. cum apparuerit q̄ erimus tunc si miles ei erimus: q̄ videbimus eū sicuti est. ¶ Cum aūt dici tur. Btūs vir qui iuentus est sine macula ad sextā btitudinē ptinet. s. cordis mūditia: q̄ qui maculā nō habet mūdus cor de est. ¶ Cum vero dr. Btūs vir qui suffert tētationē potest pertinere ad btitudinē luctus: q̄ q̄diu tētamur in luctu' eē debemus solliciti ne aduersarius p̄ualeat cōtra nos: vel pōt ptinere ad mūdiciā cordis: q̄ qui suffert tētationē non succū bit alicui peccato z ille est mūdus corde. Ideo huic p̄mittit p̄miū sicut in istis btitudinibus q̄ dī q̄ cū pbatus fuerit ac cipiet coronā vite. Jaco. j. Et hoc mō possunt reduci q̄cunq; alie ad istas btitudines. ¶ Ad 2m dicendū q̄ lucas posuit q̄ttuor btitudines: z mattheus posuit hic septē. Et dicūt ali qui q̄ hoc fit q̄ iste septē que habenē hic p̄dicate fuerunt di scipulis qui debebāt eē perfecti. Ideo cōtinētur hic oēs per fectiones. Ille aūt quattuor quas ponit lucas p̄dicate fuerūt turbis in quibus nō requirit tanta pfectio ideo p̄dicate fue runt ille quattuor que inter oēs istas sunt minus perfecte. z spāliter est causa ad hoc q̄ populus vt cōmuniter sequtur vi tam voluptuosaz: eo q̄ delectatiōes corporis sunt ab eis so lum cognite. vij. ethi. Ideo p̄dicate fuerūt eis iste q̄ttuor bea titudines que excludūt oia illa que pertinere videtur ad bea titudinē voluptuosam. et terrenam: z sunt quattuor, bona.

¶ Primū est habūdantia bonoz exterioz. s. diuitiaz honorum: z potētie. Et istud excludit inquātū dr: beati pauperes spū. ¶ Scōm est q̄ homini sit bene z delectabiliter quantū ad bona corporis que cōsistūt p̄incipaliter in cibo z potu z similib9. Et istud excludit per scōaz btitudinē ibi posita scili cet bti qui esuritis. ¶ Tertiū est q̄ homini bonum eueniat quātū ad cordis iocūditatē q̄ sine iocunditate oia bona cor poris nihil valēt. Et hoc excludit per tertiā beatitudinez ibi posita. s. bti qui fletis. ¶ Quartū est q̄ hō hēat fauorē tēpo ralē z consistit in hoc q̄ diligat a multis. Hoc excludit p q̄r tam btitudinem ibi positā. s. bti eritis cū vos oderit homines Ista ergo lucas solū posuit q̄ ptinebāt ad turbas. ¶ Et ob hoc ambro. sup lucā attribuit istas q̄ttuor btitudines q̄ttuor virtutib9 cardinalibus que sunt minores donis. Dicit enī q̄ pauptas ptinet ad tēperantiā: que illecebras nō q̄rit. Esu ries ad iustitiā: q̄ qui esurit cōpatit: z cōpatiēdo largit: flet9 ad prudentiā cuius est flere casus nr̄os: pati odiū hoium ad fortitudinē: que oia aduersa tollerat. Sic r̄ndet scūs Thom. ¶ Dicēdū tn̄ q̄ ista r̄nsio p̄supponit fuisse aliū sermonē dn̄i cum qui hētur hic z aliū qui ponit Luc. vj. z tn̄ a multis as serit q̄riū cum verisimilius sit fuisse eūdē sermonē de quo di cimus. s. q. ij. ¶ Ideo pōt dici q̄ eedem btitudines p̄dicate sunt turbis z discipulis: z tn̄ mattheus exp̄ssit eas hic ple ne lucas aūt nō sicut in multis alijs cōsuetum est: q̄ vnus euangelista rem vnā plene narret: z alius eā decurtet: z sic cōueniunt iste btitudines z ille q̄ nihil cōtrariū ponit lucas matthei: z hoc sufficit ad eoz cōcordiā. ¶ Nam ad hoc q̄ duo auctores cōcordent: nō requirit q̄ eadē penitus dicant sed q̄ vnus alteri in nullo aduerset: z ita est hic. ¶ Si autē obijcias q̄ lucas nō plene enarrauit btitudines. Conceden dum est: z nō segtur ex hoc q̄ incōueniēter narret cū non te neat vnus euāgelista dicere qcqd alius dixit imo nō eēt hoc cōueniēs q̄ tūc vnus euāgelista sufficere videret. Et tn̄ an cōueniēs fuerit q̄ qlibet eoz oia integre referret: vel fuit cō ueniēs eē aliquā differētiā inter eos declaratū est supra in p logo nr̄o. q. xvj. z. xvij. z. xxij. ¶ Si tn̄ aliqs dicere vellit q̄ nō fuit idem sermo iste qui hētur hic: z qui hētur Luc. vj. ad huc nō pōt dicere q̄ iste fuerit factus solis discipulis: z ille solis turbis q̄ de illo cōstat q̄ ēt discipulis astātibus p̄dicatus est luc. vj. De hoc aūt eodē mō dicendū vr̄: vt ostensuz est supra. q. v. ¶ Sed diceret q̄ fuerunt duo sermones facti diuersis tpibus z vterq; fact9 est p̄tibus turbis z discipu lis z tn̄ in vno p̄dicauit xp̄s multas btitudines. Jn alio pau cas. Et sic mattheus ponēt vnū sermonē: z lucas alium: z vterq; plene referret. Magis tn̄ tenendū est q̄ fuerit idē ser mo a matthēo plene z luca nō plene relat9. ¶ Ad tertiuz di cendū q̄ btitudines attribuunt donis z sicut sunt septē do na. Jta sunt septē btitudines. Illa aūt que ponit octaua non est per se btitudo sed potius est p̄firmatio q̄dam p̄cedentiuz btitudinū. Qō apparet q̄ p̄mittit in q̄libet eaz p̄miū distin ctuz a p̄mio alterius. Et tn̄ in ista octaua ponitur p̄mium qō fuerat positū in p̄ima. s. regnū celoz vt per hoc innuatur q̄ ista cōfirmat ceteras ideo reddit ad p̄mā z dr̄ confirmatio ea rum q̄ per hoc q̄ quis in oibus illis bene se hēt z firmiter ē sufficiēs ad tollerandū p̄secutiones p̄pter iustitiā. Uerū est tamē q̄ vna ponit apud lucā. s. quarta que si cōputet vt bea titudo necesse est q̄ mattheus cōtineat noue btitudines sci licet bti eritis cū vos oderint homines: z tn̄ ista ponit quar ta apud lucā z est hic nona. ¶ Dicēdū tamē q̄ btitudines solum sunt septē vt cōmunit asserit. Et iste due vltime nō sūt btitudines sed ex p̄cedentibus resultant. An vero dicende sunt quattuor beatitudines esse apud lucam vel tres tantuz dicetur infra questione lxxxvj.

¶ An p̄ueniēter assignent p̄mia btitudinibus. Qō. 84.

Queritur de istis p̄mijs btitudinū an cōueniēter assignētur ipsis btitudinibus naz cuilibet btitudini assignat hic p̄miū. ¶ Dicūt aliq q̄ nō as signant cōuenienē: q̄ p̄me beatitudinis p̄mium ponitur re gnū celoz q̄ est vita eterna in qua cōtinent oia bona g̃ po sito regno celoz nō oportuit pōi alia p̄mia. ¶ Jtē regnuz ce loz ponit vt p̄miū in p̄ima btitudine z in octaua ergo eā dem rōne potuit poni in oibus: z sic inconueniēter assignā tur. ¶ Jtē in btitudinib9 p̄ceditur ascēdendo vt dicit augu. in lib. de sermone dn̄i in mōte: z tn̄ in p̄mijs p̄cedit descēdē do ergo est ordo inconueniēs. Pz hoc q̄ beatitudo prima est minor inter oēs z scōa est maior pfectiōe: z sic psequēter sic dicit aug. p̄mū tn̄ p̄miuz est maius q̄z scōm q̄ p̄mū est regnū celoz scōm est possidere terrā. ¶ Dicendū q̄ p̄mia cōueniē ter rn̄dent hic btitudinib9a cōsiderata conditiōe eaz. Nā pri me tres beatitudines que erāt cōtra vitā voluptuosaz retra hunt ab hijs in qbus consistit btitudo vite voluptuose in q̄ homo errat: q̄ id qō homo nāliter desiderare debet scilz bea titudinez q̄rit in rebus in qbus nō potest inueniri cum vere non sit nisi in deo. ¶ Premia ergo istaz trium beatitudinū accipienda sunt p̄m illa que aliqs q̄rit in voluptuosa beatitu dine. Qui enī volūt diuitias sufficiētiā appetunt qui vō ho norem z potētiā volūt quandā excellētiā. Ambo aūt impor tanē per regnū celoz. Nam ibi oium rex sufficientia est z ex cellētia maxima q̄ ibi homo adhereret deo. ¶ Feroces autē in terrena btitudine q̄runt securitatē. Nam per hoc bella a gunt vt finitis bellis z destructis aduersarijs securitatē ha beant: z ipsi pacifice ea que desiderant possideant. Jstud aūt iportatur per possidere terrā idest pacifice habere terrā vinē tium vbi plura bona homo habebit q̄z hic desiderare sciat. Vel etiā intelligit possessio terre istius quā deus tribuit mā

T Quattuor bona beatitudinis voluptuose. primum. secundum. tertium. quartum.

x

y

z

A

B

Opio de cōueniētia assignationis btitudinuz q̄ nō bn̄ assignentur.

p̄a rō.

2. rō.

3a. rō.

suetis destructis iracūdis ⁊ superbis. Et sic cōuenienter in hīs duobus btitudinibus pmia assignant. Nam pauperib⁹ in pmium ꝓmittit regnū celoꝝ vbi est ois habūdantia: ⁊ mitib⁹ possidere terram: qō signat securitatem in bono desiderato.

¶ Querūt aūt hoies voluptates corporis vt in eis habeāt quandā cōsolationē cōtra psentis vite tristitias ⁊ molestias ideo in tertia beatitudine: ꝓmittit lugētibus cōsolatio q: ipi spreuerūt pro xpo pñt] vite cōsolatiōes de quo xps increpat oēs terrenos. Luc. vj. dicens. Ueh vobis diuitib⁹ qui habetis hic cōsolationē vrām. ¶ Alie ⁊ttuor beatitudines pertinēt ad vitā actiuā que cōsistit in opere virtutis ⁊ maxime in eis que sunt ad ꝓximū. Distrahit aūt hō a bñfaciēdo ꝓximis ꝓpter duo. Primo ꝓpter amorē inordinatū quē hō h3 cupiendo oia pro se: ⁊ nihil volēdo dare ꝓximo. Et cōtra hoc deus dat pmiū ⁊rte btitudini dicēs qm ipsi saturabunt: ⁊ illi q ab stinent a bonis que cōcupiscūt ⁊ dant illa ꝓximis: q: esuriunt ⁊ sitiunt iustitiā saturabunt. i. hēbunt plura bona ⁊ hic desiderauerūt. ¶ Distrahūt etiā sua hoies pro bonis operibus ipēdendis ꝓximo vt est misereri ne per hoc se imisceant miseriīs alienis. Et hīs ꝓmittitur q ipsi misericordiā consequētur. i. ab oi miseria liberabunt: ⁊ est pmiū. v. btitudinis.

¶ Alie vltime due btitudines ⁊tū ad pmia ptinēt ad btitudinē speculatiuā ⁊ ⁊tū ad merita ptinēt ad actiuā. Naz mūdicia cordis que est sexta btitudo cātur per virtutes moraleꝫ que ptinēt ad actiuā btitudinē: ⁊ huic ꝓpzie datur in pmiū videre deū. Q: sicut mūdicia oculi disponit ad clare videndum: ita mūditia cordis ptinet ad dei visionē disponēdo ad illā per modū meriti. ¶ Septima btitudo ptinet etiā ad actiuam vitā. s. pacificū esse. i. in se pacē hre: ⁊ inter alios pacem cōstituere. Cui pmiū cōuenienter assignat vocari filiū dei: cum per hoc sit dei imitator qui est actor pacis: ⁊ inter oia entia pacē cōstituit: q: al's non posset vniuersum durare in suo ordine ⁊ statu. Et ista assimilatio iperfecta satis cōuenit in pñti: vt est pmiū btitudinis: actiue. Et tñ similitudo pfecta erit i pzia: sicut dr. j. ioā. iij. Cuz apparuerit similes ei erimus. q. d. prius non poterimus ei assimilari: ⁊ tunc silitudo illa ptinebit ad btitudinē speculatiuā q: per visionē dei reddemur ei similes. Et sic oia pmia sunt cōuenienter assignata btitudinibus. ¶ Ad pmū dom ꝙ pmia ipsaꝝ btitudinū possunt exponi vno mō vt ptineant ad istā vitā. Et tunc pmia istarum btitudinū sunt distincta: ⁊ per regnū celoꝝ non intelliguntur oia alia pmia nec etiā habito illo hūtur oia. Q: tunc regnuz celoꝝ significat initiū pfecte sapiētie vt ait augu. in lib. de sermone dñi: ⁊ hoc dr a ceteris. Alio mō pōt itelligi ꝙ oia ista pmia ptineant ad futurā vitā vt declarauimus. s. q. lxxxij. ⁊ tunc regnum celoꝝ signat totā ipsaz beatitudinē. Nam iter dum solet ipsa beatitudo futura vocari regnū celoꝝ vt ostendimus supra. q. xxxj. Et tunc dom ꝙ regnū celoꝝ est pmiuz oium btitudinū ⁊ oia alia que ꝓmittunt hic sunt ipsum regnum celoꝝ q: in beatitudine oia hec habentur. Q: tñ nos non sufficimus intelligere oia per vnū nomen ponunt multa noia vt sub diuersis rōnibus intelligamus diuersas rationes boni que simul erūt in illo bono quod est vita eterna.

¶ Sic etiā in deo oia absoluta dicūt vnā rem: q: tñ nos nō possemus itelligere oēs pfectiones sub vno nomine dicimus deū esse: viuere: ⁊ intelligere infinitū oipotentē imensum bonum: ⁊ sic de ceteris. Et tñ oia ista eadē res sunt in deo. Sic dicit chrisо. in q̄dā omelia. s. per hec vniuersa nihil aliō ⁊ regnū celoꝝ insinuat vt nihil sensibile expectes: q: nō est beatus qui in hīs coronat que cū pñti vita discedunt. ¶ Ad. ij. dom ꝙ pro octaua btitudine nō ponit spāle pmiū sed premium pme beatitudinis: q: iste nō est per se btitudo sed est cōfirmatio quedā oiuz btitudinū. Ideo redditur ad pmiū pme Si aūt eēt distincta btitudo ab alīs distingueret ei pmiuz distinctū sicut alie septē in pmīs suis nō coincidūt. ¶ Alit dicit ambrosius sup lucā ꝙ regnū celoꝝ nō ꝓmittitur eadē rōne pro pma btitudine ⁊ octaua: sed pro pma. s. pauperib⁹ spiritu datur regnū celoꝝ quātū ad gloriā aie sicut btitudo ista in spū est: octaue autē datur regnū celoꝝ quātum ad gloriaz corporis: q: pfectio que fit ppter iustitiā vt plurimū tollerat in corpore ⁊ in bonis exterioribus que ad corpus reducunt: ideo in vtroq; gl'ia ꝓmittit. ¶ Ad. iij. dom ꝙ pmia habent se ascēdendo sicut beatitudines q: scom semp est maiꝰ ⁊ primū. Et hoc fit per inclusionē cuz q̄libet eoꝝ includat oia pcedentia. Et tunc maius est possidere terram ⁊ habere regnū celoꝝ: q: hre regnū celoꝝ dicit solum hre ipsam beatitudinē que in celis est possidere aūt terraz significat habere regnū celoꝝ cum quadā firmitate ⁊ stabilitate significata p possidere. Et ita quelibet alia addit sup pcedentē q: quelibz includit omnes: vel saltem quelibet includit primam vt declarabitur infra. lxxxix. questione.

¶ An btitudines reducant ad dona. Q̄ō. LXXXV.

Queritur de btitudinibus an reducant ad dona. Nam dr cōmuniter ꝙ attribuunt btitudines donis. ¶ Dicunt quidā ꝙ nō attribuunt nec cōueniunt eis: q: in via nō pōt esse btitudo in re sed solū i spe: quilibet tñ actus meritorius facit sperare btitudinē cuz speꝫ ꝓueniat ex meritis vt dicit magr. ij. sen. di. xxvj. ergo quelibz virtus ptinebit hoc modo ad btitudinē. Et sic non oportebit ꝙ reducunt btitudines ad dona: q: illa sunt excellentiora virtutib⁹: ⁊ pficiunt hoiez modo diuino vt. s. q. lxxxj. oñsum est. ¶ Itē btitudines ponunt geminate cū in qualibet ponatur meritū ⁊ pmiū vt p3 supra in lra. Dona aūt ponunt simplicia. i. q̄libet per se. s. donum timoris sapiētie fortitudinis, intellectus cōsilij pietatis scientie vt p3 Ysaie. xj. ergo nō respōdent btitudines donis. ¶ Item inter dona pmo cōputat sapientia ysaie. xj. Sed sapiētie nō respōdet btitudo pma paupertatis: sed alia. s. pax que est septima ergo nō rñdet saltē conuenienter btitudines donis. ¶ Itē dona sunt septē. ysaie. xj. btitudines aūt sunt octo vel nouem vt p3 hic in lra ergo nō respondēt dona btitudinibus. ¶ Itez iter dona ponunt ⁊tuor ptinentia ad cognitionē. s. scia sapia intellectus consiliuz in btitudinibus aūt nulla ptinet ad cognitionē nisi forte dispositiue ipa. vj. btitudo. s. cordis mūditia p quā nihil cogn̄scit sed ad cognoscendū hō disponit ergo nō rñdent btitudines donis. ¶ Itē btitudines sunt virtutes vt dicit glo. ꝙ sunt septem virtutes que btitudines dicunt: ⁊ tñ singule virtutes nō rñdent singulis donis cū sint plures virtutes ⁊ dona g nec rñdebūt btitudines donis. ¶ Itē ad btitudinē actiuam non solū ptinent dona exequētia sed etiā dona dirigentia sic sunt scia ⁊ cōsilium: ⁊ tñ inter btitudines nihil rñdet scientie ⁊ cōsilio ergo nō rñdēt btitudines donis. ¶ Item inter dona exequētia in vita actiua ponit ad pauptatē ptinere timor pietas aūt vr ptinere ad misericordiā vel ad eē mitē. nulla ät btitudo ptinet ad fortitudinē ergo nō rñdent dona btitudibus. ¶ Dicendū ꝙ dona ⁊ btitudines inter se cōueniunt ⁊ iō doctores sacre scripture attribuūt btitudines donis. Et p̄ma attributio est q: sicut sunt septē dona ita sunt septē btitudines ⁊ reducunt ista ad illa. Secūdo conueniunt ex parte obiecti quia sicut virtus ⁊ dona conueniunt ex parte obi q: q: circa idē sunt lz dona hēant actus excellentiores vt ostensum est supra. q. lxxxj. Ita btitudines sunt circa eadē oba. Et ꝑm hoc doctores attribuunt singulas btitudines singulis donis ꝑm ꝙ cōueniunt in obo vt. j. dicetur. Tertia attributio est ex pte motiuoꝝ: q: idē mouet ad btitudines qō ad dona. Et isto mō aug. in lib. de sermone dñi in monte: reducit btitudines singulas ad illa dona cū qbus cōueniunt in motiuis vt. j. dicet. Quarta attributio ⁊ magis cōueniēs est qa sicut reducit actus ad hitus tanꝫ ad id a quo est ita btitudines reducunt ad dona q: sunt actus donoꝝ. ¶ Aliq enī voluerunt btitudines eē habitus ⁊ tñ. s. q. lxxxj. Oñsum est ꝙ erant actus donoꝝ iō necesse est reduci ad dona. ¶ Est tam varietas in reducēdo q: qdā reducūt istas btitudines ad dona ꝑm ꝙ cōcordāt in silitudine obi. Et tunc dupl'r: q: possūt reduci ad dona dirigētia vel ad exequentia. Dirigentia sunt duo scia ⁊ ꝓsiliū que ptinēt ad vitā actiuā. Et ad ista reducētur q̄q; ꝑme btitudines que ptinēt ad ista dona inquantū dirigunt. Due btitudines vltime reducunt ad alia duo dona que ptinent ad intellectū ꝑm partē speculatiuā. s. sexta q̄ē munditia cordis reducit ad donū intellectus: ⁊ septima scilz eē pacificū ad donū sapie reducet quoꝝ cause. j. ponentur. Et quātū ad istas duas vltimas btitudines nō est diuersitas in reducendo q: oēs reducūt eas ad dona supra dicta. Quinq; tñ prime beatitudines possunt adhuc cōparari ad dona exequentia que sunt tria scz timor pietas ⁊ fortitudo. Et tūc esuries ⁊ sitis iustitie quē est beatitudo quarta: ⁊ misericordia que est. v. beatitudo reducuntur ad donū pietatis q: cōcordant in obiecto: cum pietas sit ꝑm quam se habet qs bene ad alterum ⁊ tñ esuries ⁊ sitis iustitie est per quam qs bene se habet ad proximum in eis que cadunt sub debito: per

misericordiam

Querit circa subm ire: nā ipsa est passio quedaz: ⁊ oēs passiones sunt in potētijs: iō est dubiū in qua pōa sit. ¶ Dicunt quidā qđ in cōcupiscibili: qz vt ait tulius. iij. li. tusculanaz qōnū. Jra est libido quedā. Libido tn̄ ponit in concupiscibili: ergo ēt ira. Nā libido concupia q̄dā ē. ¶ Jtē dicit Aug. in regula qđ ira crescit in odiū: ⁊ Tul⁹ li. eo. dicit qđ odiū est ira inueterata. Et sic nō dīt ira ab odio nisi per augmentū. s. in q̄tū crescit ira in odiū: vel per tp̄s in q̄tū odiū est ira inueterata: ⁊ tn̄ dīa tp̄is vel augmēti ⁊ diminutionis nō variat spēm. ḡ pertinebūt ad eandē spēm ira ⁊ odiū. Sed hoc nō est pol'e si sint in diuersis potētijs: qz passiones ⁊ hītus diuersaz pōaz inter se ad min⁹ dīnt spē: vt p̄z in hitibus intellectus ⁊ volūtatis: odiū tn̄ est in pōa concupiscibili: ergo ēt ira. ¶ Jtē Damascenus ⁊ Grego. nissen⁹ dicunt qđ ira cōponitur ex tristitia ⁊ ōsiderio. Jsta tn̄ duo ponunť in cōcupiscibili cū desideriū sit de bono qđ delectat. ⁊ tristitia sit de malo oppositio: iō neēe est ptinere ad eandē potētiā. s. ad cōcupiscibilē: ḡ erit ira in pcupiscibile. ¶ Dicendū qđ ira pōitur in pōa vel vi irascibili. Nā ab ipsa noiaŕ vis iscibilis: iō nō pōt ptinere ad cōcupiscibilē. ¶ Pro q̄ sciēduz qđ in irascibili ponunť multe passiones. s. ipsa noiaŕ a sola ira qz ipsa est magis cognita. ⁊ dīnt oēs iste passiones potentie irascibilis a passionibus potētie pcupiscibilis: qz obiecta passionum cōcupiscibilis sunt bonū ⁊ malū absolute: passiones aūt vis pcupiscibilis sunt ad bonū ⁊ malū sub q̄dā eleuatione ⁊ arduitate. ⁊ sunt passiones ille ad ista obiecta sub rōne magni vel ardui ⁊ eleuati. Dcm̄ est āt qđ ira respicit duo obiecta. s. vindictā quā appetit: ⁊ in hanc fertur vt in bonuz: ⁊ istud de quo vindictā appetit: ⁊ in hoc ferť vt in malū ⁊ no ciuum. Utrūq̄ āt. s. quādā arduitatē. Nā ira nō isurgit nisi circa aliquā magnitudinē. i. ppter aliqd qđ putaŕ multuz nociuū vel multū iniuriosum. Quecūq̄ āt sunt valde parua nō existimamus eē digna ira. ⁊ de illis nō irascimur: vt phs dicit in rheto. ¶ Cū ḡ ira requirat magnitudinē tā in bono quā in malo. s. in illis rebus ad que est: manifestū erit qđ ira sit in pōa irascibili: cuius passiones in arduū tendūt. Passiones aūt pcupiscibilis nō tendunt in aliqd arduū: vel sub ratione ardui. Qz iz interduz accidat difficile esse id qđ per cōcupiscibilē queritur. i. qđ sine magna difficultate non posset haberi. Jstō tn̄ est per accidēs. Nā delectatio tactus ⁊ gust⁹ circa quā est pcupiscibilis nō est aliqd magnū. Nō pōt ergo ira pertinere ad cōcupiscibilē. De hȳs scūs Tho. pma scōe. q. xlvj. arti. iij. ¶ Ad pmū dōz qđ ira libido quedā est vt Tulius dicit. Et tn̄ accipiť ibi tunc large libido. s. p appetitu cuiuscūq̄ boni nō hīti sed futuri: nō hīta psideratiōe an sit arduū vel nō arduū. Et sic libido est nomē gñale ad ml'taſ passiones tā in pcupiscibili q̄ in irascibili. Nā ira appetit⁹ qdaz boni est. s. vindicte. ¶ Ad ij. dicenduz qđ ira crescit in odiuz: nō qđ eadē passio nūero⁹que est ira sit odiū: sed per hoc qđ ira crescit creatur odiū. Nā ex parua ira non gignit odiuz. ⁊ sic nō differunt ira ⁊ odiū sicut paruus lapis ⁊ magnus lapis sed sic aliq̄ que habēt distinctas magnitudines que nō pñt cōpetere eidē spēi. Nā nō potest reperiri forma hois sub taz magna quātitate sic vna turris: ⁊ ita de differētia oiuz spez inter se: qz q̄libet forma specifica que est corpis organici determinat sibi certā magnitudinē: ⁊ non pōt esse in q̄cunq̄: ita odiū habet quēdā statuz incrementi sup irā: ad quē ira puenire non pōt. ⁊ sic ira magis se habet ad odiū per cāz quā materialr. ¶ Sic etiā cū dicit qđ est odiū ira inueterata: nō est intelligendū qđ ipsamet ira sit odiū: sed qđ per diuturnitatē quādā ira cāt odiuz: ⁊ non efficitur ipsa odiū: sicut desiderium tristitia: ⁊ spes simul irā causant: ⁊ tn̄ nulla istaz est ipsa ira. ¶ Ad tertiū dōm qđ ira dicitur cōponi ex tristitia ⁊ desiderio: non tanq̄ ex ptibus pstituētibus: qz q̄libet passio est qdaz motus simplex vel forma simplex ptinens ad qualitatē: iō non pōt esse cōposita ex duab⁹ formis: marie qz nō erat possibile piungi duas q̄litates vt aliqd vnū cōstituerēt ⁊ q̄ncūq̄ aliquid cōponiť vel pstituitur ex duob⁹ aut pluribus: neēe est altez esse vt potentia ⁊ altez vt actuz: ⁊ tamē due q̄litates sunt: ⁊ duo actus: ideo nō est pol'e ex eis solis aliquid componi vel pstitui. ¶ Sed dicitur componi ira ex istis. i. qđ ex concursu istaruz tanquā causarum resultat ipsa ira tanquaz quidam effectus. Et tunc dicemus quod ira ex tribus compōitur. scilicet ex tristitia: desiderio: ⁊ spe. Tristitia enim pzio est: quia est de malo inflicto nobis: ⁊ propter istud homo mouetur ad retributiōem: ⁊ istud moueri est desiderare. Etiam est ibi spes. quia si non speraremus posse retribuere nocumentū iniurianti: non moueremur ad iraz. sed solum tristaremur tanquā malum patientes quod repellere non poteramus.

¶ An ira sit cum ratione. ¶ Questio. CXXV.

Queritur an ira sit cū rōne. ¶ Aliq dicūt qđ nō. Nā ira ē passio q̄dā i appetitu sensitiuo. appetitus

tertiq rō.

Rñsio ad quesituz. q.

A

Dīa passionū ptis cōcupiscibiliſ ⁊ iraſcibil'.

B

C

ad p̄. argu.

D

Ad 2m arm

Quō crescit ira i odium.

E

ad 3m arm

An ira sit cōposita ex tribus passionibus.

Opinio q̄rūdam.

pma rō.

appetitus tamen sensitiuus non sequit apprehēsionē rationis. sed partis sensitiue. ergo ira non est cū rōne. nec eā seqt.

scōa rō.

¶ Itē aialia bruta non hnt rōnē: in eis tamen ira est: sapie. vij. s. qa sapia nouit iras bestiaꝝ: g̃ ira non est cū rōe.

3 rō.

¶ Itē ebrietas ligat rōnē: t tn adiuuat irā: g̃ nō ē ira cū rōe: qz tūc in solis hntibus rōnē solutā: eēt ira.

4 rō.

¶ Itē pz qz si ira eēt cū rōne: vbi esset magis rō eēt magis ira: z tn rō siue itelligentia pfectius est in deo: t in angelis q̃s hoie: g̃ eēt ibi magis ira. Sz falsum est: qz in deo: t in angelis nulla ira est.

5 rō.

¶ Itē in ipso hoie in quo est rō t ira: q̃to eēt rō magis vigens: eēt tāto ira maior: sed falsuz est: qz q̃to aliqs magis viget ī actu rōnis: tāto minus de ira t alīs passiōib⁹ in eo est: cū p rōnē oia moderent. Jn illis aūt in qbus est paucus vsus rōis est multa ira: iō dixit Salomō: qō iter stultos sp sunt iurgia: sapiens āt cauet illa. s. qz illi q stulti sunt nesciūt moderari irā: t iō sp sunt in pcētiōib⁹. Nō est g̃ cū rōe.

A Rndet ad quesituz. q.

¶ Dōm qa ira aliq̃ mō est cū rōne. Nā ira audit rōnē: vt manifestet esse iniuriā fcā: qz alīs nullus eēt motus. Et in hoc dicit Ari. vij. ethic. dif ferre irā pcupiaz: qz ira aliq̃ mō audit rōnē lz nō pfecte audi at: cōcupia aūt nullo mō. s. ira qdē pseqt rōnē aliq̃lr: pcupia āt nō: iō pcludit qa est pcupia turpior.

Dīa ire t pcupie.

¶ hoc āt appz magis: qz ira est appetitus vindicte de aliq̃ qō extimat intulisse dānum vel iniuriā. Jsta aūt apprehensio est cōplexa: qz apprehenditur hic ipz aliqō iniuriā intulit: t ipsa iniuria illata: t ēt vindicta debita pro illa iniuria. Et istud colligitur q̃si per modū silogizantis t discurrētis.

¶ Nā rō arguit sic. Jste in iuriaz intulit: t tunc insurgit motus ire q̃si silogizans: g̃ ipu gnanda est: t non expectat vltra mandatū rōnis t silogiza re: tn est opus rōnis: g̃ ira cū rōne est aliq̃lr. Sic dī ethi. vij. s. rō quidē vel fantasia qm̃ iniuria vel pcēptus manifestauit: hoc aūt quēadmodū silogizās: qm̃ opz talē oppugnare: t po stea dicit q̃re quidē ira psequit rōnē aliqualr. Jstud āt pōit ad ostendendā dīā inter iram: t pcupiaz. Nā ira nō insurgit sine rōne iudicāte: concupia āt non expectat ad rōnē iudicā tez: nec est ab ea pncipiū sui motus: iō ira est passio nobilior quā pcupia: qz ad rōnē magis ptinet: qm̃ō āt ira silogizet di cetur. j. q. Cxlv.

B Ad pm ar.

¶ Ad pmū dicendū qa motus virtutis appe titiue pōt esse dupliciter cū rōe. Uno mō vt a rōne pcipiēte: t sic voluntas est cū rōne: qz ipsa seqt itellectū determinātē: t ob hoc vocatur appetit⁹ rōnalis. t est rōnalis per eētiā: vt pz pri mo. ethi. in fine. Alio mō dī appetitus cū rōne. i. cū rōe ōnū ciante aliqd fm̃ esse: lz nō plene determināte. Et sic ira ē cuz rōne. Nā si esset cū ratione diffiniēte: t seqret cā per oia: eēt ira aliqs motus factus in voluntate: t ptineret ad ptē rōna lē fm essentiā. Dicit aūt Arist. li. de problematibus: qō ira ē cū rōne: sed vt manifestante iniuriā. Appetitus. n. sensitiu⁹ imediate rōni nō obedit: sed mediāte voluntate: t iō rōnem non ascultat perfecte.

C Ad 2. ar.

¶ Ad fm dōm qa in aialib⁹ bruti s est ira: qz lz nō hnt intellectū: hnt tn nālē instinctū ex dīna rōne eis indictū per quē hnt motus interiores t exteriores simi les motibus nris. Etiā lz nō sit in eis itellectus: est fantasia t imaginatiua que colligit intentiones pticulares: t existi matiua que rōes insensatas accipit a spēb⁹ sensatis. i. rōnem amicitie vel inimicitie nocumenti vel dlectatiōis. Et hoc suf ficit ad hoc qa sit ira.

¶ Qm̃ illa non solū est cū rōne: sed ēt cuz fantasia: vt pz. vij. ethi. s. rō quidē vel fantasia: qm̃ iniuria vel pcēptus manifestauit.

D Ad. iij. ar.

¶ Est aūt fantasia in bestijs: que erit lo co rōnis: iō ibi poterit esse ira.

¶ Ad. iij. dōm qa ira audit ra tionem aliqualr. s. vt denunciantez iniuriā vel pcēptū factū fuisse. vij. ethi. lz non audiat vsq; ad finē rōnem determinātē s. an retributio sumi debeat: t q̃liter: t q̃tū. Et sic nō obser uat regulā rationis oīno: sed peccat.

Ebrⁱ⁹ quan do iracitur t qn̄ non.

¶ Un̄ ad irā regrit actus aliquis rationis pcedens. Et ēt est ibi impedimētū rōnis se quens ppter iram. Un̄ dicit Aristo. li. de problematib⁹ qa illi qui sunt multū ebrij: ita qa nihil hēatur de iudicio ratiōis nō iracuntur: qz est in eis totalr ligata rō: sic etiam dormiēs nō iracitur: sed qn̄ non sunt ita pfecte ebrij sunt magis pōpti ad iram: ex eo qa in eis impedit magis ratio sequi rationbile: quā in alīs hoibus: cū sit aliqualr ligata.

¶ Et tn nō est ita ligata quin possit nūciare factā esse iniuriā: qz ad hoc q̃tū cūq; parua apprehensio rōnis sufficit. Et tn est ligata aliqli ter: t non sufficit iudicare quō vindicandū sit. Et sic ira non pōt audire rōnē tunc ad obediendū: iō segtur hō magis irā: q̃si non sit aliqd qō eā frenare possit.

¶ Si aūt ratio sit oīo ligata: non solū non poterit iudicare qualr vindicanduz est: aut qn̄: t vbi: t q̃tū: sed ēt non apphendet an iniura vel cōtēptū factū sit: t qz ira non fit sine apprehensione rōnis de nunciantis hoc: non poterit hō qui ebrius ē omnino irasci.

¶ Ad 4m dōm qa ira lz sit cū ratione: est tamē quidā motus factus in parte irascibili. Jsta āt non est nisi in aialibus que hnt ptem rōnalē: t partē sensitiuā. Dei aūt t angeli sunt in tellectus puri nō hntes ptē sensitiuā: iō non est in eis ira: lz sit multū de rōne vel intellectu.

Ad 4 argu.

¶ Ad qntū dōz qō si ira eēt cū rōne tanq̃s pcipiēte. s. obediendo sibi in oib⁹ que pcipiet: si cut voluntas nāliter seqt itellectū iudicantē: eēt verū qa homines hntes plus de vsu rōnis hīent plus de ira. Jra tamē ratione non audit pfecte: sed audit vt denunciātē iniuriā eē factā: postea autē non audit: sed perturbat eam ita vt nō bene iudicet: sic dicit catho. Jra impedit aliuz ne possit cernere verū. Jdeo non est plus de ira in hoib⁹ hntibus plus de vsu rationis: imo q̃to plus hnt de vsu rationis: tāto minus ō ira habent: qz vbi rationis vsus est pturbatus non pt esse magnus: g̃ vbi fuerit multū de ratiōe: erit paucū vel nihil ō ira: t de alīs passionibus: qz totū hoiez sibi vendicabit ratio: ita qa nullus motus in eo sit: nisi per rationē: t in tali hoie vo cabunt omnia ratiōalia. i. non erit aliquid factū in hoie per aliqō pncipiū q̃s per rationē.

¶ Sic dic Ari. li. de bona fortuna: qō vbi est multus intellectus est pauca fortuna: t vbi est multa fortuna est pauc⁹ itellectus. s. vbi est itellect⁹ mul tus. i. hō oia dirigit per itellectū nō poterit ei q̃si accidere ve risimilr aliqd qō nō sit pcogitatū. Jdeo quicquid euenerit si ue bonū: siue malū nō vocatur fortuna: qz pcogitatū ē. Fortuna autē est de hīs que cogitata non sunt sic casus. Et ita eē io: hoi tunc est multa fortuna: qn̄ oia q̃si fortuito sibi eue niunt. Et istud est si nihil ab eo pcogitatū est: qz tunc qcqd acciderit: fortuitū erit. Et ira bestijs oia sūt fortuita. Jta circa passiōes est: qz vbi est magnus vsus rōnis rarus vel nullus actus passionis est: sed oīa per rōnem moderata. De hīs san ctus Tho. pma secē. q. xlvj. arti. iij.

s. Tho

¶ An sit naturalioꝝ ira hoi q̃s concupia. Qō. CXXVI.

Queritur circa irā: an sit nāliō hoi ira q̃s pcupia.

Opinio quorūdā pō ió 2. rō.

¶ Dicunt qdā qa cōcupia sit nāliorꝝ: qz ppriū hois est qa dicat aial māsuetū: sed ira opponit man suetudini: vt pz. iij. ethi. t. ij. rheto. g̃ ira non est nāliorꝝ quaz concupia: sed potius videbit totalr ꝛ hois nām.

¶ Itē rō di stinguit ptra nām: qz dicimus q̃daz agere fm rōnem: t alia agere fm nām. Sed ira est cū ratione t pcupia nō: vt patet vij. ethi. t dictū est pcedenti. q. g̃ cōcupia est nāliorꝝ q̃s ira: t ipsa ira non vocabit ppria naturalis.

¶ Itē ira est appetit⁹ vindicte: concupia aūt est appetitus delectabiliū fm tactum t gustū. s. venereorꝝ t ciborꝝ t potuum. Hec aūt sunt magis nālia hoi q̃s ira. qz faciūt magis ad pseruationē eius. g̃ concupia erit nāliorꝝ q̃s ira.

3 rō

rndet ad questū qōnis. 2

¶ Dōm qa ira naturalioꝝ est q̃s concupia. Naturale tn dicitur qō cātur a pncipijs nāe. vt dicit ij. phisi. ideo illa passio que magis causat a pncipijs nāe erit naturalioꝝ.

An sit ira natu ralio q̃s pcupia

¶ Sunt aūt duo pn̄a. cuiuslibet passionis. s. obz t sbm. Obiectū est id ad qō passio mouet. qz omnis passio ē quidā motus factus ad aliquid fugiēdū vel psequēdū vl hu iusmodi. subm autē passionis est potētia aliq̃. Naz fundātur omnes passiones in potētijs duabus. s. concupiscibili t ira scibili.

¶ Si āt considerent concupia. t ira ex pte obti. erit nāliorꝝ concupia q̃s ira. qz cōcupia est circa dlectabilia gust⁹ t tactus. s. cibos t pot⁹. t venerea. Et ista sunt maxie necessaria. cū cibus t potus sit istud per qō indiuiduū conseruatur. Uenerea autē sunt solus ipse modus quo conseruatur spēs. Et qz pseruari spēm t indiuidua est maxie necessariuz erit maxie naturale. Jra aūt est circa vindictā vt obiectuz. t circa eū de quo vindicta appetitur. Nulluz autē istoꝝ est ita naturale. sicut ea que in cibo t potu sunt.

¶ Si autē consi deretur ira t pcupiscētia ex parte subiecti. ira est naturalioꝝ quā cōcupiscentia. Potest eniz considerari natura alicuius ex parte generis. scz inquātū animal est. vel fm naturaz spe ciei. scz inquātū est homo. vl quātuz ad cōplexiones propria indiuidui que aliquo mō vocat natura indiuidui.

¶ Si cō sideret natura generis que est esse animal. erit naturalioꝝ cō cupiscētia quā ira. qz ex ipsa natura cōmūi animalitatis ha bet homo quādā inclinationē ad conseruandū t appetēduz ea que sunt pseruatiua vite. huiusmodi sunt cib⁹ t pot⁹. t ve nerea. Jdeo tunc non solum ex pte obti. scilicet cibi t potus. t venereorꝝ: que sunt fm se magis nālia: dicet pcupia natu

ralioꝝ. lz

ralio: sed, ēt ex pte appetentis. s. q; magis inclinatur hō in q̄z tuz aial ad cibū ⁊ potū q̄z ad vindictā: ⁊ tn̄ appetens est sbz ipsius passiōis. ¶ Si āt ꝓsidereť nā hois ſm spēm vl' ſz cōplexionē idiuidui ꝓpriā: erit ira magis nālis q̄z ocupia: q; nā hois est esse rōnale: ira tn̄ seq̄ť magis rōnē q̄z cōcupia: q; aliquo mō est ira cū rōne: ocupia autē nullo mō erit ģ ira naturalior. Etiā actꝰ ire est magis nālis hoi ſm q̄ hō est quā actꝰ concupie. Unde dī. iiij. ethi. q̄ humaniꝰ est magis punire quod ad irā pertinet q̄z mansuetū esse: q; vnuz quodq; nā'r insurgit ꝛ ꝓria, ⁊ nociua. ¶ Si autē ꝓsidereť nā indiuidui ſm ꝓpriam cōplexionē ēt erit ira nālior q̄z cōcupia. s. q; habitudo naturalis ad resistendū facit magis ꝓmpte in q̄libet hoie se qui irā: quā hitudo ad ocupiscendū faciat sequi ocupiam. s. Si aliq̄s hō est multū dispositus ad irā: ⁊ aliq̄s multū dispositus ad cōcupiscentiā: facilius mouebiť ad irā qui ad eā dispositus est: q̄z moueať ad concupiam qui ad illā est dispositus: ēt exīte dispōne eq̄li. ¶ Rō est: q; hō dispōitur ad iraz ſm q̄ hz colericaz cōplexionē. Colera āt inter ceteros hūores facilius moueť: q; magis assimilať igni: iō qui dispositꝰ ē ſm cōplexionē nālem ad irā facilius iraſciť: quā qui dispositus nā'r est ad concupiam cōcupiſcat. ¶ Uñ lz hō ad vtrū q̄z sit dispositꝰ: q; vtrūq̄z nāe sue cōpetit: erit tn̄ nālior sibi ira inquātuz ceteris paribus ad eaz facilius mouetur. ¶ Et sic Arist. vij. ethi. dicit irā esse nāliorē quā cōcupia. Et pp hoc facilius dari veniā ire quā ocupie. s. adhuc nālibus magis ꝛ veniam sequi appetentibus: ira autē nā'l'. ¶ Ostendit ēt ibi q̄ ꝓpter hoc ira magis deriuať a parentibꝰ in filios q̄z cōcupiscentia. Et tn̄ ea que p generatiōez deriuanť nālia sunt. Naz percutiens pīez suū ex ira: q̄situs q̄re euz percuteret: dixit ⁊ n. iste euz qui fuit ipsius: ⁊ ille eū qui fuit ipsius: ⁊ puerum oñdens dixit: ⁊ iste me cū vir fiat pcutiet. Cōnatuz. n. nob ē. Et tractus a filio qescere iussit apud hostia. ⁊. n. ipse trahere pīem vsq̄z huc. Et sic deriuabať ira a parentibꝰ in filioſ: ⁊ sic vnus filius pcutiebat pīem: ita ipse cuz pī fieret pcutiebať a filio suo: ⁊ ille ab alio. Et sic cū q̄reret q̄re hoc faceret qui pcutiebat dixit: ꝓnatū est nobis. i. nāle est oibꝰ de ista ꝓgenie p cutere pīes suos: ⁊ iō putauit q̄ ēt oēs posteri hoc facerent. Unde cū pcuteret pīez ostendit filiū paruulū suum: dicens iste percutiet me q̄n fuerit factus vir. Et ēt isti qui hoc patiebanť putabant lꝫ esse quodāmō iustū inq̄tū nāle erat. iō cū pī pcuteretur a filio ⁊ traheret per terrā: vt de domo educeretur cū ꝓducereť ad hostia: pī dixit filio volenti euz educere de domo. Jam cessa: q; ego q̄n pīez meū pcutiebā solitꝰ erā percutere ⁊ trahere eū vsq̄z ad hostia. ¶ Concupia autē nō ꝓsueuit deriuari a parentibus in filios per tātā similitudinē iō ira nālior est. Maxie. n. q; cōcupia non solū sequiť dispositionē nālez ad ocupiscēdū: lz sepe seq̄ť formā apprehensaz. Uñ ꝓtingit eos interdū qui nō sunt dispositi multū ad cōcupiscendū intensius aliqd cōcupiscere q̄z eos q dispositi sunt ad cōcupiscendū. Et hoc q; cōcupia istoꝝ nō sequitur dispositionē nāe: sed aliquā certā formā apprehensaz ad quā mouētur intensissime: ⁊ non moverenť ad alias formas: q; ꝓprie fit in quibusdā amantibus. Et talis concupia est periculosa q; pñt incidere hoies in maniā vel amētiā: ⁊ vocať cōcupia illa vel passio apō medicos amicos amoz heroos. Ira autez in hoie maxie sequitur cōplexionē. Nā ceteris paribus magis iraſcunť multū colerici q̄z flegmatici. iō nālior est ira cōcupiscentia. ¶ Ad ꝑmū dōm q; hoi est aliq̄l'r nāle esse mansuetū: ⁊ aliqual'r nāle vindictā petere. ¶ Ꝓro quo sciendū q; in hoie cōsiderari pōt nālis cōplexio ex pte corporis: ⁊ pt considerari ipsa rō: cōplexio autē nālis hois est maxie tēpata iō nāliter hoi ꝙuenit ſm spēm ex parte sue cōplexiōis q; nō hēat excellentiā aliquā in aliq̄ passione. s. nec ire: nec audatie: nec timoris: ⁊ sic de ceteris. Q; iste passiones cōpetunt aialibus pfectis: ⁊ variaňť in eis ſm modū cōplexiōis ipōrū: iō aialia illa que ad mediū tēpamenti deueniūt: opz q; habeant oēs passiones magis eq̄les: ita q; in nulla earꝝ nōbiliter excedant. ¶ Aialia vō que multū recedunt a medio tēperamenti neče est q; ꝓsequanť passiones aliq̄s multū in extremo. Et q; nō pōt aliqd aial deuiando a medio tēpamenti declinare nisi ad vnaz extremitatē: non poterit hīe excellētiam nisi in vna passione que cōpetit illi mō ōterminato cōplexionis. Sic. n. leo excellit in audatia: ⁊ lepus in timiditate: canis in ira: ⁊ ita de ceteris. Nō aūt cū sit nā'r tēperatissimus: q; est in medio tēpamēti totius cōplexiōis nāe aialiū: non hēbit excessum spālē in aliq̄ passione: sed oēs erūt in eo q̄si moderate se hīntes. Et sīgs ad vnā passionē sit determinatus, nā'r multuz excellenter sup oēs alias passiones: iste recedit multū a medio tēpamenti cōplexionis. ¶ Ex hac parte, igitur cōpetit hoi māsuetū esse: q; qbusdā bestiīs ꝓpter extremitatē complexionis cōpetit magna ferocitas quaſ vocat sapia iraſ bestiaz sapie. vij. Nō aūt cuz non hēat extremitatem in cōplexione: sed sit nā'r in medio tēpamenti nō habebit magnitudinē ire. Et hoc est ei mansuetū esse nā'r. Ex parte autē rōnis cōpetit hoiem iraſci ⁊ māsuetū esse: ſm qō rō quodāmō causet irā inquātū nūciat cām ire: ⁊ quodāmō sedat irā: inquātū iratus nō total'r audit imperiū rōnis. Q; tn̄ ꝑncipiū ire est per hoc q; putať iniuria vel ꝓptus factꝰ vij. ethi. ⁊. ij. rheto. hoc aūt ipsa rō idicat vel apprehēdit. vij. ethi. ergo ipsa facit hoiem iraſci: q; sine ea ira nō eēt. Jpa tamen facit irā eē puā: q; si non esset ratio in hoie: eēt ira ei' indomabilis. Esse aūt hoiem māsuetuz: non est non hīe iram: sed hīe iram paruā. ⁊ hoc fit ptim ex cōplexione: ⁊ partiz ex ratione. Jdeo hoi tā iraſci quā mansuetū esse nāle est. Absolute tn̄ loquēdo magis naturale est hoi iraſci: quā mansuetū esse: vt dicit. iiij. ethi. s. humanius est magis punire q̄ pertinet ad irā quā mansuetū esse: q; vnūq̄q; nāliter iusurgit in sua ꝓria ⁊ nociua. ¶ Ad 2ᵐ dōm q; agere ſm nām: ⁊ fz rationez distinguunť in eis in qbus sunt tanquā ꝑncipia distincta. s. q; in qbusdā est natura in qbus non est rō. Ille tn̄ quibus rō est nā sua: agere ſm rōnem est agere ſm nām. Ita de homine est q; rō est sibi nā: iō cū ira aliquo mō seq̄tur rōnez: dicetur ira nālis hoi. Et hoc mō non diceret nālis eē ira alicui alteri aiali: q; nulli alteri rōnem hēre nāle est. ¶ Al'r potest dici q; distinguitur agere fz rationē: ⁊ ſm naturaz: q; q̄ agunt naturaliter hīnt se determinate ad vnū: que vero fz rationem: agunt per lībtatē: ideo nō sunt determinata ad vnū sed pñt in opposita. Sic dicit Ari. ix. meta. q; potētie naturales sunt determinate ad vnū: ratiōales vō possunt ad opposita. Et hoc mō ēt ira posset dici natural': q; lz ipsa sequatur rationē tanquā denunciantē iniuriā esse factā: non tamē audit postea qd ratio p̄cipiat: sed ſm se determinata est ad vindictā: ⁊ non potest moueri in oppositū. Jō nālis est: ⁊ tn̄ magis dī nālis ꝑmo modo. Et scō mō dicetur ira nālis inquātum non seq̄tur determinationē rōnis: q; tunc, sicut p rōnē potest hō opposita iudicare: ita per irā posset hō moueri aliquādo ad vindictā: ⁊ aliq̄n non: qō falsum est. ¶ Et non dicetur esse ira per rationē. i. seq̄ens rōnis determinationē vel ꝓceptū sicut seq̄tur iſtud voluntas que ēt est ad opposita sicut intellectus. Jra tn̄ non est ad opposita nec aliq̄ passio: ⁊ sic pōt dici naturalis. ⁊ tn̄ hoc modo quelibet passio est nā'l': q; nulla est ad opposita: nec seq̄tur determinate rōnem. Sz dicetur naturalis ꝑmo mō: q; seq̄ť aliqual'r rōnē que est natura, ꝓpria hois. ¶ Ad. iij. dōz q; cibꝰ ⁊ potus ⁊ venerea sūt magis naturalia hoi quā victa. ⁊ ista sunt obm: ⁊ sic ꝓcessum est ocupiam esse nāliorē ira ex pte obti: sed non ex parte subiecti. De hīs scūs Tho. ꝑma scōe. q. xlvj. arti. v.

¶ An ira sit grauior quā odium. Q. CXXVII.

Querit an ira sit grauior quā odiū. ¶ Aliq dicūt q; ira sit grauior: q; dī. puer b. xxvj. Jra nō hz misericordiā nec erūpens furor. Odiū aūt aliq̄n hz misericordiā: ģ ira grauior est quā odiū. ¶ Jtē grauius est malum pati: ⁊ de malo dolere: quā solū malū pati. Qui āt oderūt aliq̄s satis ꝓtenduť q; illi malū patianť: ēt ſi non sentiant. Jrato aūt non sufficit hoc: sed maxie cupit q̄ mala patiēs sentiat illa: ⁊ putet sibi venire in retributionē: vt dic Arist. ij. rheto. ponēs dīā istā inter iraz ⁊ odiū: ģ ira grauior est quā odiū. ¶ Jtē quāto plura ocurrunt ad ꝓstōnē alicuiuſ tāto illō stabilius ēē vr: sic hītus est permanētior qui ex pluribꝰ actibus cātꝰ est. Sed ira cātur ex tribꝰ passionibus. s. tristitia. cōsideratione ⁊ spe: vt oñsum est. ſ. q. Cxxij. odiū autē est vnica passio simplex que non cātur ex aliīs: ģ ira erit stabilior ⁊ ģuior quaz odiū. ¶ Dōm q; lz eē passionū sit a duobꝰ. s. a subto: ⁊ obto. vt dcm ē ꝑce. q. tn̄, ꝑpe spēs passiōis: ⁊ rō ipsiꝰ accipiť ab obo. Nā pōa ē ad mltū ģnale: cū ī eadē pōa sint mlte passiōes: ⁊ tn̄ respcū eiusdē obti vnico mō sūpti ē vnica passio. Jō nō pt accipi spēs passiōis a sbo: lz ab obo. ⁊ fz hīs ꝓsiderari poterit deide magnitudo vl' ģuitas passiōis. ¶ Est āt obz ire ⁊ odij idē materialiter. s. nocumētū q̄ inferendū est. Nam sic qui odit aliquem appetit ei malum: ita iratus malum appetit ei cui iraſciť:

Quid sit magis nāle hoi māsuetuꝰ an ira.

Quomō ira ō riuet a parentibꝰ i filios.

ad. ij. argu.

ad. ij. augu.

Opinio q̄rūdam.

ꝑma rō.

secūda rō.

tertia rō.

Rñsio ad quesituz. q.

Odiū ē ōteriꝰ ira: lz ira est ipetuosior.

cui irascit: sed dīt obm istud ſm rōnē: qz odiens appetit malum ei quē odit inquātū istud malū est: iratus aūt nō appetit malū inimici qñ ei irascit inq̄tū malū est: sed inquātū habet quādā rōnē boni z iusti. ſ. iquātū extimat ab irato eē iustus ad retribuendū ei p malo qō fecit. Nā vindicta retributionē dicit. Jō ipole est illā desiderari nisi ſm quādā rōnē iusti. Et sic odiū est per applicationē mali ad malū: qz odiēs respicit tanq̄ malū vel disconueniens sibi eū quez odit: qz al's non odisset eū. Et sic applicat malū malo. i. malū qō vult illi malo cū malū vult. Jratus aūt applicat bonū malo: qz illum de quo vindictā q̄rit respicit vt malū z nocentē: ipsam autez vindictā applicare vult ei sub rōne boni z iusti. Et sic manifestum est q̄ ira minus hz de rōne mali q̄ odiū: qz odiū vult maluz simpl'r: ira āt bonū vult: hz ptingat istud esse malū. Et tn̄ poterit eē bonū: qz possumus alicui ſz iustitiā velle nocumētuz inquātū ipse istud meruit: z ita irat⁹ vult: iō ira bonuz qōdā dicit. Sed peccat iratus inquātū nō plene audit rōnē: z ob hoc excedit modū illius. ¶ Apparet ḡ q̄ odiuz sit malum grauius q̄ ira: qz odiū semp est malū. Jra aūt aliqñ ē bonuz. Jstud autē est q̄tū ad grauitatē mali. Secus aūt ō gra uitate impetus: qz ira est impetuosior odio z alijs passiōib⁹ ptis cōcupiscibilis: qz mouet ad retributionē: z pp malū susceptum. Odiū āt mouet sine desiderio retributiōis: cū cause tur odiū ēt in illo qui nunq̄ malū passus est. Sicut aliquis odit oēs sarracenos hz nūq̄ eos viderit: z ita qs odit oēs la trones: hz ab eis nullū malū vnq̄ passus sit. ¶ Ad p̄mū dōz q̄ in ira z odio duo pñt cōsiderari. ſ. ipsum qō desideratur: z intensio desiderij. Quātū ad ipsum qō desiderat. ſ. nocumentum: ira magis hz misericordiā q̄ odiuz. Nā qui odit desiderat malū alicui ſm se. i. nō pp aliqō malū qō fecit: q̄si volēdo ei retribuere: sed vult ei malū: qz talis est. ſ. inquātū putat sibi esse disconueniens. Et iō nullus terminus est in volendo malū: si vult malū in infinitū: qz ea que pp seipsa aligs vult: sine mēsura vult: sic dī. p̄ politi. Et sic diuitias auari sine mē sura volunt: qz nō eas ad vsum: sed pp seipsas volunt: vt ibi dē dī. Et sic dī de odiēte siue inimico eccle. xij. inimicus si in uenerit tp̄s nō satiabit sanguine. i. faciet malū q̄tū potuerit iratus aūt vult malū ei in quē irascit: nō pp seipsum: sed inquātū iustū ad retribuendū p malo qō ille fecerit. Jō si irat⁹ retribuerit tn̄ q̄tū ipe putat iustum esse inferri p̄o malo qō passus est placat z miserē. Un̄ dicit Ari. ij. rheto. q̄ iratus si fiāt multa miserebit. i. si fiant tāta q̄ta ei videant sufficē ad vindictā. Et seq̄t ibi. Odiens aūt p nullo miserebit. i. etiaz si multa mala inferantur ei quē odit: adhuc nō miserebitur: hz semp plura vellet. Si autē cōsiderent ira z odiū q̄tū ad intē sionez desiderij: ira magis excludit misericordiā q̄ odiū exclu dat eā. ſ. qz motus ire est feruentior: z iō q̄usq̄ putauerit ira tus satisfactū eē p̄o iniuria illata nō cessabit: z erit impetus fortis magis q̄ odij. Hoc āt ē: vt. s. diximus qz ira mouetur ad retributionē: odiū aūt nō est ad retribuēdū: cū sit odiū in illis qui ēt nūq̄ passi sunt iniuriam nec se passos extimant. Alia cā est: qz motus ire est per motū z inflāmationē colere. Est autē ipsa velocior in motu suo: z ipetuosior q̄ alij hūores. Jō odiū qō magis ptinet ad melancolicū hūorē non ita est velox nec ipetuosum in motu: sic melancolic⁹ hūor ad motum est pigrior. Et hz significat in eadē aūcitate. ſ. Jra nō habet misericordiā: nec erūpens furor. Et seq̄t impetū āt cōcitati spūs ferre qs poterit. Quasi dicat. Difficile ē. Jō qñ durat ille impetus ira nō recipit misericordiā: sed illo cessante miserē. ¶ Ad ſm dōm qō ira nō appetit malū alicuius iquātuz maluz est: sed inquātū hz rōnē iusti retributiui. Uindicta autez fit vel retributio per inflictionē pene. ¶ Pena āt de rōe sua habet q̄ sit q̄ria voluntati: qz si eēt oīno volita: nō eēt pena: sed potius iocūditas: habet ēt de rōne sua q̄ sit p aliqua culpa: qz malū qō infert sine cā pōt vocari malū vel nocumē tum sed nō pena. Est ēt de rōne eius q̄ sit afflictiua: qz si nō affligit pena nō est. Jsta tria sunt de rōne pene: iō opz q̄ ille qui punitur sentiat: qz al's nō eēt pena afflictiua: cū afflictio sit sensus nocumēti. Etiā n̄ nō esset inuolūtaria cū nō pōt voluntas alicui repugnare nisi recognoscat: vt nō cōueniēs. Et qz pena ēt debet eē p̄o culpa vult iratus q̄ punitus sentiat se puniri p̄o malo qō fecit: qz al's q̄tū ad cū nō haberet rōnez pene. z sic iratus vult q̄ punitus ab eo p retributiōe sentiat se puniri inquātū pena est inuoluntaria: z doleat ō punitione: iquātū pena est afflictiua: z cognoscat se boc recipe

p̄o iniuria quā intulit inquātū pena est p̄o culpa. z sic iratus non soluz vult q̄ ille q̄ irascit malū patiatur sed etiā qō istud sentiat. Odiens autē vult q̄ ille quē odit maluz patiatur. Et nō curat an sentiat istud vel nō ex eo q̄ non vult malū alicui in rōne pene vel vindicte: sed solū vt malū. Qō āt deterius sit istud qō hō patit: z de quo dolet: q̄ id qō solū patit z nō dolet: falsum est: qz maius malū est in fipia: z fatuitas: z iniustitia: q̄ malū qō sentit in corpore: z tn̄ nemo tristat de sua fatuitate: aut iniustitia. Qz qui fatuus est: non sentit se esse fatuū: qui aūt iniustus ē: hz se cognoscat iniustuz qz tn̄ nō est hoc sibi inuoluntariū non tristat de eo. z sic aliq̄ sunt maiora mala: que sustinētes nō tristamur q̄ alia de q̄bus tristamur: sic dicit Ari. ij. rheto. ¶ Ad tertiū dōz q̄ si aliqd causat ex pluribus cāis erit stabilior si oēs ille cāe accipiā tur vt vnius rōnis. Sicut hitus cātus ex pluribus actibus ceteris paribus est firmior q̄ ille q ex paucis cātus ē: qz oēs actus ad cāndū hitū se hñt sub eadē rōne: cuz quilibet eorū sit naturalr causatiuus habit⁹. Secus quādo pueniunt plures cause sub diuersis rōnibus. z tunc poterit esse stabilius id qō ex paucioribus est. Immo ita est in naturalib⁹: qz istō qō hz plures ptes diuersaz rōnuz cōstituētes ipsum facilr destrui pōt: cuz per destructionē cuiuslibet eaz possit ōstrui que autē simplicior a sunt: magis diuturna sunt. Pz dīa vt in hoie z in lapidibus. Jdē est in artificiatis: qz artificiata q̄ cōsistunt ex multis ptibus varie se hñtibus facilius pereūt z deordinant. Jta de ira est: qz ipsa hz tres cās diuersaz rationuz. ſ. tristitiaz: desideriuz: z spem: vt oñsum est. s. q. Cxxij. odiuz āt hz vnicā cām. ſ. dissimilitudinē, vel disconuenientiaz ad id de quo est. odiuz: z sic pōt esse pmanentius. Qō odiuz puenit ex cā pmanentiori q̄ ira. Qz ira puenit ex quadam mutatione ai. pter iniuriā factā vel extimatā: odium autez prouenit ex aliq̄ dispōne que in hoie est ſm quā reputat sibi nociuuz z disconueniens eē id qō odit. Et iō sic passio que est qdā motus cicius trāsit q̄ hitus vel dispō: qz habit⁹ hz magnā firmitatē in sbo: dispositio hz aliqlē: passio autē nullam habet: cū sit qdā mot⁹: iō ira non pōt esse pmanens sic odiū maxie qz dispositio accipit hic non p habitu impfecto: sed p q̄cūq̄ qualitate hitualiter manēte: siue sit nālis: siue acquisita: siue sit hitus siue dispositio. Et ob hoc dicit Aris. ij. rheto. q̄ ira sanari pōt: odiū autē est magis insanabile. ¶ Si autē dicat q̄ odium ēt est passio: iō facilr trāsibit sic ira. Dicēduz q̄ tā ira q̄ odiū inquātū sunt passiones qdā transire pñt. Qz tn̄ effectus manet quādiu cōseruatur a sua cā cōseruāte: erit pmanentius odiū q̄ ira: qz cā odij est pmanētior: vt dictū ē. De hūs scūs Tho. ꝑma scōe. q. xlvj. ar. vi.

¶ An ira sit semp circa illos ad quos potest esse iustitia.

¶ Questio. CXXVIII.

Queritur de ira: an sit semp circa illos ad q̄s pōt esse iustitia. ¶ Dicit qdā q̄ nō: qz iterduz est ad ea cū qbus iustitia nobis esse nō pōt. Qz nō ē iustuz aliqd hois ad rē irrōnalē: sic dī. v. ethi. q̄ nō est iustum hois ad possessionez suā: z tn̄ hō irascitur interdū rebus irrōnabilibus: z ēt non sentiētibus: sic qs irascitur gladio suo qz nō bn̄ scidit: vel calamo: q nō bn̄ scribit: z destruit euz: irrōnabilia ēt inter se irascunt z se pcutiunt: vt taurus tauz: z tn̄ inter ea iustuz nullum esse pōt: qz hz soluz est iter hoies qui pñt sub lege aliq̄ viuere: ḡ nō ē ira soluz ad illa ad q̄ pōt esse iustitia. ¶ Jtē pz qz nō pt eē iustitia hois ad seipsuz: nec ad illa que ipsi sunt: vt dī. v. ethi. z tn̄ aliqñ hō irascitur sibi ipsi z pcutit se. z sic illi qui penitent sibi ipsis irascuntur: qz peccauerunt. etiā hō irascitur manibus suis interduz vel pedibus: qz non potest agere que vult per ea: z pcutit ipsa: ergo nō est ira soluz inter ea ad que iustitia est. ¶ Jtē pōt esse alicui iustitia vel iniustitia ad aliqō genus totuz aliquorum hominuz vel ad vnā cōitatez totā: vtpote cuz ciuitas aliquē iniuste lesit. Jra tn̄ non est ad aliqō totū genus: sed ad aliqō singulaz: vt dicitur. ij. rheto. ira nō ē solum ad illos ad quos iustitia z iniustitia est. ¶ Dicendū q̄ ira non potest esse p̄ p̄ie nisi inter illos iter quos iustitia z iniustitia esse potest. Et inquātum inter eos magis p̄opie vel minus inueniat iustitia vel iniustitia tanto magis p̄opie vel minus p̄opie erit ibi. Nam sicut dictuz est: questiōe p̄cedēti ira nō appetit malum alicui sub ratione mali: sed sub rōne iusti vindicatiui vel retributiui. Jdeo necesse est quod fit inter illos inter quos potest esse retributio: que est quedā cōmēsuratio pene

p̄o culpa

p culpa. Nam ledere aliquē iniustum est: retribuere autem p̄o illa lesione iustum est si fm legez retribuat. Jō tā ex parte motiui ipsius ire que est lesio fcā: vel p̄cepti: aut iniuria facta: q̄s ex pte vindicte que appetit iratus: ptinet ira ad illos iter q̄s eē pōt iustitia: t maxie ex rōne vindicte que dicit retributionē. ¶ Secus āt est de odio: q̄ qui odit nō vult malum alicui tanq̄s retributiuo in malo q̄ ille fec̄: q̄ retributio ad iustitiā ptinet: sed solū inquātū malū ē: t nocet illi cui malum volumus. Et iō p̄t eē odiū ad illos inter q̄s non pōt eē iustitia t iniustitia. ¶ Et sic aliqs p̄t odisse mortuos: t tamē inter mortuū t viuentē iustū nullū eē p̄t: cū mortui nō sint. Et ēt q̄tū ad id q̄ de eis ē nō iustitia inter mortuū t viuū: q̄ p̄prie iustitia est iter illos q pñt sub eadē lege viuere tāq̄ due pres sepate eq̄l'r participātes legē. Et istud vocāt iustuz politicū. v. ethi. Cetera āt iusta nō sūt simpl'r iusta: sz q̄si p̄q̄s dā metaphorā: vt iustū paternū: t iustū dñatiuuz: t homis ad seipsum: vt p̄z ibidē. Jra igit̄ p̄prie sumpta: ad illos est cū q̄bus iustitia esse pōt. ¶ Ad p̄mū dom q ira q̄uis sit cū rōne: pōt tn esse in aīalib⁹ brutis: non quidē q bruta rōnē habeant: sed inquātū nāli instinctu per imaginationē mouent ad q̄dā opa similia opibus rōnis. Et sic inquātū motus ille insurgit in eis per apprehensionē imaginatiōis: dī ira sequi rōez. ¶ Al'r pōt dici q motus ire dupl'r p̄t insurgere in homine. Uno mō ex apprehēsiōe iniurie vel pensiōis. Alio mō ex sola apprehensione lesionis vel nocumenti. Jra autē p̄prie est motus ille insurgens ex apphensione iniurie vl' pensionis: indebite inflicte. Et iste mot⁹ nō pōt insurgē nisi rōne iudicāte: q̄ ipsa sola iudicat aliqd esse iustū vel iniustū t esse honorē vel despectū. Sic accipit irā arist. ij. rhet. dicēs q ira est appetitus sub tristitia punitionis per apparentē pensionē non merito illata. ¶ Accipiēdo scō mō ira insurgit ex apprehensione imaginatiōis q̄n ipsa p̄t apphendere rōnē nocumenti: lz nō apprehendat rōnē debiti vl' indebiti: q̄ ad solā rōnē ptinet. Et ēt nō apprehendit pensiones vel cōtumeliā. Jstos duos modos ponit aristo. vij. ethic. dicens. Rō q̄dez vel fantasia q̄n iniuria vel cōtēpt⁹ manifestauit: quēadmodū silogizans: q̄n oz talē oppugnare: irasci aūt p̄festim. Et sic ponit irā insurgere per apprehēsionez rōnis vl' fantasie. Poterit ḡ eē in bestijs ad inuicē ira: q̄n per fantasiā pñt apphēdere rōnez nocumēti. Etiā pōt hoi ad bestias esse ira inquātū se apprehendit ab eis lesum: t tn non est ista ira p̄prie sumpta: sic̄ illa q̄ est hois ad hoiez: inquantū nō est iustitia pecoꝛi ad pecus: nec hoi ad pec⁹: q̄ est possessio sua: nisi accipiat iustitia large per metaphorā. Hois āt ad res insensibiles oīno non p̄t eē ira: nec ēt ad mortuos: vt ait Ari. ij. rheto. q̄ inter hec nō solū nō pōt eē iustitia: sz etiā ista nihil sentiūt de malo q̄ nos iferre possumus. Et tn p̄cipuū q̄ q̄rit iratus inferendo vindictā est q̄ ille cui ifert sentiat penā: t putet illā sibi inflictā eē ex hac cā. Cū ḡ dī q̄ hō irascitur gladio vel calamo: nō p̄prie est ira: cū sciam⁹ q̄ ista non pñt nobis iniuriā facere: nec infere nocumentū quocūq̄. Sed dicimur irasci illis. i. detestari ea inquātū nō sunt nobis q̄nientia ad opationez nr̄am. Et sic magis ea abicim⁹ q̄s puniamus. ¶ Ad fm dom q hō non ita p̄prie irascitur sibijpsi sic alicui alteri: eo q non est ita iustitia aut iniustitia hoi ad seipsum sic ad alterū. Et tn hoi ad seipsum est q̄dā iustitia per metaphorā. v. ethi. Nā iustitia p̄prie est iter duos q eadē lege pñt p̄ticipare eq̄l'r. Et viuendo sub illa lege vn⁹ pōt bene vel male se hr̄e ad alterū. Hō āt vn⁹ est in seipso: ió eiusdē ad seipsum iustitia p̄prie esse nō pōt. Hō tamen quilibet est quodāmō duo hoies. Nā hz ptē rōnalē fm quā p̄t iudicare t velle: hō ēt sensitiuā fm quā pōt apprehēdere t appetē. Q̄z ḡ hō pp desideriū p̄q̄ sensitiue q̄ rōali sb dita eē ōbebat peccauit ei rebellando: postea ps rōnalis vindictā de ea sumit affligendo illā: ita vt tn hēat de tristitia debite: q̄tum indebite de gaudio sumpsit. Et sic penitēs dī sibi irasci aliq̄liter: p̄prie tn nō. ¶ Ad tertiū dōz q arist. ij. ethi. assignt vna diā inter iram t odiū. s. q odiū p̄t eē ad aliqd vnū genus totū sic hō odit totū genus latronū. Jra aūt nō pōt esse ad aliqd vnū genus: sed ad singularia aliq̄ de aliq̄ genere. ¶ Cui⁹ rō est: q odiū cātur pp disconuenientiā apprehensam. s. q homo iudicat istud q̄ odit hīe aliquā q̄litatē disconuenientem sibi. Pōt autez ista qualitas esse in gñali vel particulari. sic pōt aliqs odisse omnes latrones: q̄ oēs iniusti sunt: vel oēs sarracenos: q̄ oēs infideles sunt. Jra aūt cātur ex hoc q qs reputat se esse lesuz indebite per alterius actū. Oēs aūt act⁹ sunt circa singularia: ió non pōt esse ira nisi circa aliqd singulare. Cum aūt dī q ad totā cōitatē pōt esse alicui iustitia vel iniustitia. Dom q ēt pōt esse ira ad illā. Et tn non est ira ad eā vt est cōitas: sed inquātū oīa singularia de cōitate conuenerūt in faciendo iniuriā alicui: q̄ tunc sic poterat qs irasci vni qui iniuriā intulit: ita poterat irasci oibus ō cōitate: q̄ oēs simul iniuriā intulerunt tāq̄ vnū singulare. De hijs sanctus Tho. p̄ma scōe. q. xlvi. ar. vij.

¶ An ira semper insurgat homini p̄opter aliquod q̄ fcm̄ sit contra ipsum. Questio. CXXIX.

Queritur an ira semp insurgat hoi pp aliqd q̄ p̄ ipsum factuz est. ¶ Aliqui dicunt q n̄ q̄ deus irascitur p̄ nos: iuxta istud īratus est dñs furore in pp̄lm suuz. Et istud cū iratus fueris mime recordaberis: hō tn non pōt facere aliqd p̄ deū: q̄ si aliqd p̄ eum faceret istō esset peccando: t tn ēt sic nihil facit p̄ deū. Job. xxxv. Si mlte fuerint iniqtates tue qd facies p̄ illū? Q̄d dicat. Nihil facere poteris. ¶ Jtē ira est appetitus vindicte. Interdū tamē appetit hō vindictā facere de hijs q̄ facta sunt p̄ alios: etiam si illi nihil ptineant ad eū: ḡ non est semp ira pp aliqd q̄ est p̄ nos factū. ¶ Jtē dicit Ari. ij. rheto. q̄ hoies p̄cipue irascūtur q̄n alij cōtēnūt ea circa que ipsi studēt. Sic̄ qui studēt in phia irascuntur eis qui despiciunt phiā: t sic ō alijs. Qui tn despicit sciaz nō nocet studēti in ea: ḡ non semp irascimur pp aliqd p̄ nos factū. ¶ Jtē dic Chrisō. q̄ ille qui tacet alio dicente sibi contumelias magis illū p̄uocat ad irā. Sz tacēs nihil facit p̄ ptumeliātē: ergo nō irascimur semp pp aliqd p̄ nos factuz. ¶ Dom q̄ ira semp est pp aliqd p̄ nos factum. arist. n. ij. rheto. ponens dīam inter irā t odiū q̄ ipse vocat inimicitiā dicit q̄ ira semp fit ex hijs que ad seipsum: inimicitia aūt ēt sine hijs que ad seipsum. Si. n. putemus eē talem odimus. Est sensus: q̄ si sit aliqua q̄litas in aliqbus quā putamus nobis esse disconuenientez: ēt si illi nobis nihil nocuerint hēmus eos vt inimicos: t in q̄cūq̄ putauerim⁹ talē q̄litatē eē odimus eū. Sic̄ qs dicitur odisse oē gen⁹ latronū. Jō de q̄cūq̄ putauerit q̄ est latro odit eū. t sic irā vult esse pp istud q̄ p̄ nos fcm̄ est: lz odium sit nullo facto p̄tra nos. ¶ Jtē p̄z hoc q̄ ira dicit appetitū vindicte. Vindictā appetere est appetere penā p aliquo inquātū illa ē retributiua p malo q̄ ille fecit. Nā al's non vocaret vindicta: sz nocumentū si ille qui patit: malū non fecit: t non inferret sibi p malo q̄ fecisse putat. Oz ḡ eē iniuriā saltē extimatā ad hoc q̄ sit ira. Jniuria tn ois nō p̄uenit ad irā: sed soluz illa que ptinet ad illuz qui vindictā appetit. Nā sicut nāl'r vnusquisq̄s appetit p̄priū bonū: ita nāl'r repellit malū p̄prium. Jniuria autem facta ab aliquo non pertinet ad aliū nisi ille fecerit aliquid q̄ sit aliquo mō cōtra ipsum. Jdeo motiuū ire semp est per hoc q̄ aliqs reputat cōtra se aliqd factum: al's autē nō mouebit. Sicut videm⁹ q̄ nō mouet hō ad irā p iniurijs illis que inferunt aliqbus gētibus ad quas nulla hz conuersationē. ¶ Ad p̄mū dom q̄ deus dicitur irasci peccātibus large: non fm passionē animi: q̄ non pōt esse in eo cū nō sit animal. Et ēt q̄ ista passio est afflictiua eius in quo est q̄sq̄s retribuerit. iij. ethi. Jn deo aūt afflictio nulla esse pōt: sed dī esse ira in eo fm effectū. s. q̄ punit nos: sic̄ iudex vr̄ crudelis esse latroni q̄ē suspendit: t tn non est crudel': vt ait Hiero. sup Jsa. t habetur. xxiij. q. v. c. Non est crudelis. Dicitur ergo deus hoc mō nobis irasci. t hoc p aliquo facto cōtra se de quo ipse vindictā vult facere. Peccator. n. peccando nihil pōt nocere deo effectiue: tn ex pte sua dupliciter agere videt cōtra deū. ¶ Primo q̄ cōtēnit eū: mandata eius transgrediēdo. ¶ Scōo iquātū infert nocumentū alicui existenti sb diuina prouidentia t tutela: siue sibijpsi siue alteri. Sicut dicitur aliqs offendere aliū: si offendat aliquē de eis que ad familiam suā pertinēt. ¶ Ad fm dom q̄ irascimur cōtra illos qui nocent alijs t vindictaz appetimus: inquātū illi quibus nocetur sunt aliquid nostruz. i. ad nos pertinentes consanguinitate: vel affinitate: amicitia: vel familiaritate: vel alijs modis: aut saltē per solā nature cōmunicationē. Nam etiaz fm hanc quilibet homo est aliquid alterius: q̄ vnicuiq̄ mādauit deus de p̄ximo suo. Et per hanc cōmunicationē homines inuicem sunt amici t benefaciunt sibi. Ut pātet in eroꝛib⁹ viaꝛ: vt dī. viij. ethic. Et sic iniuria cuiuscunq̄ aliquo modo pertinet ad quemcūq̄ alium: ideo potest de illa irasci.

¶ Ad

Opinio q̄rūdam. p̄ma rō.

secūda rō.

tertia rō.

4. rō.

Rn̄sio ad quesituz. q. p̄a rō.

B

scōa rō.

C

D

ad. ij. argu.

E Ad 3m ar. ¶Ad tertiū dōm q̄ istud in quo studemus: maxie putam⁹ esse bonū nostrū. Jō amici q̄ iter se queniunt in maximis bonis suis q̄iuūt in eis que maxie studēt: vt poete in cōpoetizando: ꝛ venatores insimul venādo. vt dī. ix. ethi. in fine. Et

F ad. 4. arg. sic q̄n despicit maximū bonū nr̄m: putamus nos despici: ꝛ ex hoc arbitramur nos lesos: ꝛ sic irascimur q̄si p iniuria. ¶Ad 4m dōz q̄ cū qs alteri ꝓtumelias dicit ex magna ira si ille taceat vr̄ cōtenere irā eius cū nō respiciat ad dicta illius: quasi nihil eēnt: ꝛ ex hoc putāt se puipēdi. Et ista puipēsio ē aliqd fcm̄ ꝯ ipz pp qō irascit. De hōc scūs tho. p⁹ scde. q. xlvij. ar. i.

S. Tho. ¶An sola paruipēsio vl' despectus alicuius moueat ipsum ad iram. Questio. CXXX.

Opi. q̄rūdā p⁹ rō. Querit an sola puipēsio vel despectus alicui⁹ moueat ipz ad irā. ¶Dicunt qdā q̄ nō: quia aliq̄n ira fit cū hō nō existimat se puipēdi. Dicit. n. Damascenus q̄ iniuriā passi vel extimātes pati irascunt: interduz tñ hō iniuriā patit: ꝛ nulla puipēsio est: sic si p vim magne ptātis inferr̄ sibi nocumētū: nō dicet cōtēni: sed iniuriaz recipe.

2. rō. ¶Jtē dolere de ꝓtēptu vel puipēsione ptinet ad illū cui⁹ est honorē appetere: bruta tñ honorē nō appetunt: q; nec intelligunt: nec apprehendunt qd sit honor: iō nō tristabunt de puipēsione: ꝛ tñ bruta mouent ad irā cū pcutiunt: vt dī. ij. ethi. ḡ nō insurgit ira ex sola puipēsiōe.

3a rō ¶Jtē Aris. ij. rheto. Ponit ēt alias cās ire. s. obliuionē: ꝛ exultatōez in aduersis ꝛ denuntiationē malo⁹ ꝛ eufortunijs: ꝛ impedimētū consequendi ꝓpriā volūtatē: ḡ nō est solū motiuū ire paruipēsio.

Rñsio ad q̄situ q̄onis. ¶Dōz q̄ sic. ā. dcm̄ est. q. C. xxviij. ira pōt accipi dupl'r vno mō ꝓ appetitu vindicte: iniurie vel ꝓtēpt⁹ idebite facti. Alio mō vt est appetitus retribuēdi p lesione vl' nocumēto iflicto aut extimato.

A ¶Accipiēdo scō mō irā: ē magis large ira: ꝛ tunc nō reducit̄ ois ira ad puipensionē ꝓprie sumptā tanq̄z ad motiuū: q; hō irascit̄ bestijs a qb⁹ non ꝓtēnit̄: nec putat se ꝓtēni nisi sit oino insanus. Etiā irascit̄ brutū alteri bruto: sed neutrū ab altero ꝓtēnit̄ nec cōtēni se putat. ¶Accipiēdo āt irā primo mō: est ꝓprie sumpta: ꝛ tūc ois ira pertinet ad puipensionez tanq̄z ad motiuū. Et sic accipit aristo. ij. rheto. dicens q̄ ira est appetitus sub tristitia punitionis pp apparentem puipēsionē non cōuenienter factā. Et ls m'te cāe ponāt alie magl spāles ire: tñ nō reducunt̄ ad puipensionē. s. q̄ ꝓpter hoc hō fm eas irascit̄: q; in eis repit̄ puipensio aliqua.

B ¶Ponunt āt fm Ari. ij. rheto. tres spēs puipēsionis. s. Despectus: vt cū qs alterꝫ p nullo reputat. ꝛ epireasmus. i. ipedimentū q̄sequēdi ꝓpriā voluntatē: ꝛ cōtumeliatio. i. vba cō tūelioſa dicere. Et postea ad ista tria pñt magis reduci in spāli ois motiua ire: ꝛ ista tria ad puipēsionē īmediate reducūt̄.

C ¶Hoc pōt dupl'r intelligi. Uñ mō q; ira appetit nocumentum alteri⁹ inquātū hz rōnē iusti vindicatiui. Jō in tñ querit vindictā: inq̄tuz putat̄ eē iusta ab eo qui lesus ē. Uindicta aūt nō fit iuste nisi de eo qō iniuste factū est. Q; al's non est vindicta. Et iō ꝓuocatiuū ad irā sp est aliqd inflictū ſb rō ne iusti. ¶Uñ dicit Ari. ij. rheto. q̄ si putauerint hoīes eos qui leserunt esse iuste passos: nō irascunt̄. Nō. n. fit ira ad iustuz. i. si ille qui lesus est putauerit eos qui leserunt eū esse iuste passos. i. q̄ tñ malū receperunt q̄tuz itulerunt: qō est iuste pati. s. p cōmēsuratione quā iustitia facit. v. ethi. nō irascūtur eis. i. ampli⁹ nō desiderāt de illis vindictā sumere. Et subdit cām. s. Nō. n. fit ira ad iustū. i. nō irascit̄ aliqs alicui quando iustū putant. Et tñ post q̄z ledens tñ passus est q̄tū intulit: iā iustus est: q; nihil debet legi nec hoi: nec pōt ei quicq̄z mali iuste infligi.

D ¶Cōtingit aūt tripl'r nocumētū alicui inferri. s. ex passione: ex ignorantia: ꝛ ex electiōe vel industria: siue ex certa malitia. Tunc. n. aliqs maxie iniustū facit quā do ex industria nocumētū infert alteri: vt dī. v. ethi. iō maxie irascimur ꝯ illos q̄s putam⁹ ex idustria nobis nocuisse. Si enim putemus aliqs ex passione: vel ex ignorātiatia nobis intulisset nocumentū: vl' non irascimur ꝯ eos: aut valde min⁹ q̄z si ex electiōe egisse putarem⁹. Agere. n. ex passiōe vl' ignorantia diminuit rōnē iniurie: ꝛ est quodāmō ꝓuocatiuū mitericordie ꝛ venie. Qui āt ex industria nocumentū itulerūt ex ꝓtēptu peccare vident̄: iō ꝯ eos maxime irascimur. Unde dicit arist. ij. rheto. De hōc qui pp irā aliqd ꝯ nos fecerunt: aut nō irascimur: aut min⁹ irascimur. Nō. n. vñr pp puipēsionez egisse. ¶Scōa rō est: q; puipēsio excellētie hoīs oppōitur. Illa. n. que hoīes putāt nullo bono esse digna: puipendunt: vt dī. ij. rheto. in oibus aūt bonis nr̄is: ꝛ ex illis excellentiā quādā q̄rimus. Et iō qcūq̄z nocumētū nobis inferat inquātū excellētie, ōrogat: vr̄ ad puipēsionē pertinere. Jdeo oia nocumenta nobis ab aliqbus volūtarie inflicta sufficiēter ad iraz mouēt inquātū in eis inuenit̄ quedā rō paruipensionis. Et sic puipēsio est ꝓpriū motiuū ire. ¶Ad pmū dōz q̄ ex q̄cunq̄z cā alia ꝓter cōtēptuz nocumentū inferat alicui iniuria minuitur: solus aūt ꝓtēptus vel puipēsio irā auget: q; ipse solus est cā ire ꝓprie dicte. Cū aūt dī q̄ pōt qs recipere iniuriā a magna ptāte: ꝛ non dicetur cōtēni. Dōm qō non iudicabit̄ iste cōtēptibilis pp hoc q̄ passus est: ēt si non vindicet istō: q; a magna ptāte passus est: ꝛ tñ ptās que sibi nocumentū indebite intulit: nō intulisset nisi aliqualr eū cō tēneret: non reputādo euz potentē ad se defendendū: aut ad inferendū similia. Et sic necesse est q̄ in oi nocumento volūtarie ꝛ indebite alicui iflicto cōtēptus qdā sit. ¶Ad fm dicenduz q̄ lz animalia bruta non apprehendant ꝓprie bonorem ꝛ contumeliā aut paruipensionē: tñ in eis est appetituſ nāliter ad quādā excellentiā māl'r. i. quā non cognoscūt sub rōne excellentie: ꝛ oibus volentibus tollere illam excellentiam irascuntur. ¶Aliter potest dici sicut. ā. dictuz est q̄ in bestijs nō est ira ita ꝓprie dicta sicut in homine. Jō in eis sufficit apprehendi nocumentū esse inflictū ad hoc q̄ moueantur ad irā: lz non sit ibi puipensio: nec illam apprehendant. ¶Ad tertiū dicenduz q̄ oēs ille cāe particl'ares que ponūtur. ij. rheto. vt motiue ad irā reducuntur ad paruipēsionez. Ad ipsam. n. obliuio ptinet: q; siquis susceperit a nobis bōa ꝛ obliuiscat nr̄i: vr̄ nos cōtenere: q; ea que magna putam⁹: memorie ifigimus. Sic ēt exultatio in aduersis. Nā ille qui exultat nobis pñtibus: cum nos tristamur: non vr̄ curare ō malo nr̄o: sed cōtenere istud: iō putamus nos puipēdi. Sic ēt annūciatio malo⁹ in eufortunijs: q; paz de nobis curat ꝛ cōtenit bonū nr̄m ille qui nob exñtibus in delectatiōe annunciat aduersa de qbus tristemur: ꝛ sic puipēdit nos. Impedimentū ēt ꝓprie voluntatis nobis pstans nō pp aliquā vtilitatem suā: sed solum q; vult nobis nocere: cōtenit nos: cū tollat bonū nr̄m sine cā. Et sic omnia ista ꝓuocant iraz in quātū in omnibus eis inuenit̄ q̄dā puipensio. De hōc scūs Tho. p̄ma scde. xlvij. q. ar. ij.

6. Th. ¶An excellentia alicuius sit causa vt facilius irascatur. Questio. CXXXI.

nature humane: ideo tale vitium nō dicitur humanum siue malitia: sed bestialitas: q2 sequit homo extremum in delectabilibus fm quātitatem cōuenientez nature bestiali. ¶ Duo ergo requirūtur ad hoc q̄ sit malitia. s. q̄ sit vitium per abūdantiam: vel defectū circa obiectum humane operationis: z q̄ in magnitudine nō excedat modus humani vitȳ: vel excessus in appetendo delectabile. Et istud vocatur malitia: q2 malitia est habitus electiuus ex corruptione recte rōnis ad superabundantiā vel defectuz. Jdeo malitie opponitur virtus generaliter: vt dicit. 7. ethico. s. quia virtus est habitus electiuus circa obiecta humane operationis fm rectam rōnez. 2. ethico. ¶ Incōtinentia autem que erat aliud malū vel species fugiēdoꝝ est circa ea que est malitia: q2 sicut malitia est solius hominis ita z incontinentia. Nam bestie non sunt incontinentes: vt dicit. 7. ethico. c. 5. s. Propter hoc bestias nō incōtinent agere: quoniā non habēt vniuersalem opinionē: sed singulariū fantasiam z memoriā. Sed differt incontinētia a malitia sicut dispositio ab habitu. Nam non dicit incōtinentia malitia: z incontinens non dicitur malus nec prauus. 7. ethico. Ratio est: quia malitia est corruptio principij operationū. 7. ethico. Jn homine autem principiū operationis est intellectus siue ratio. 7. ethico. c. 9. Quando ergo corrumpitur extimatio intellectus circa operabilia ita vt iudicet determinate esse aliq̄d bonum quod est contra rationez: est malitia: si ista determinatio sit ex habitu: z propter istam moueatur homo ad operatiōez. Sicut ille qui iudicat simpliciter delectabile tactus z gustus esse bonum: z tanq̄ bonū debere illud prosequi est malus: z dicit intemperatus: quia iam necesse est istum male agere cum iudicium de agibili sit corruptum in eo. Et istud est in omnibus habētibus habitū vitȳ. Sic enim est in auaro sic in iniusto z in ceteris. Jncontinentia est autem quādo non est corruptum principiū operationis. s. iudiciū: sed habet aliquis rectuz iudiciū de operabili: et tamen interdum adueniente passione corrumpitur siue offuscatur. Sicut qui iudicat malū esse fornicari z inebriari: z tamē postea adueniente forti concupiscētia inebriatur z fornicatur. Jste autē differt ab intēperato: quia licz sint circa eadē delectabilia: tamen incōtinens nūq̄ peccabit nisi adueniente forti passione. Quādiu autem passio nulla inciderit semper bene aget. Intēperatus autem nō indiget passione nec expectat eam: sed ipse post illam prouocat: vt vtens ea tanq̄ instrumēto possit peruenire ad delectabilia que appetit tanq̄ finem: sicut dicit Aristo. de illis qui per se appetunt delectationē que est in potu vini. Et quia non est delectatio in potu nisi sit sitis: etiā si non sitiant sibi sitim prepārant quedā salsa comedendo. Et in hoc est intēperatus simpliciter malus. Scōm est quia intēperatus siue quando peccat actualiter ꝓsequendo delectationes siue quādo nō peccat semper habz iudiciū corruptum. Incōtinens autem nō: q2 ante passionem habet rectum iudiciuz z non perturbatum. Jn passione autē turbatur iudiciū z male iudicat. Cessante autem passione: q2 iudicium nō fuerat ablatum: sed solū obfuscatum redit: sicut prius erat ita vt bene iudicet. Et ō tūc incontinēs solui ab ignorantia. 7. ethi. c. 5. s. Qualiter autem soluitur ignorantia: z rursus fit sciens incōtinens eadez ratio est que de vinolento z dormiente. Jdeo intēperatus peccat z malus est. Jncontinens autem peccat: sed non est malus. Est enim adhuc sanabilis cum integrū maneat in eo pncipium operationuz. s. rectitudo iudicij. Intēperatus autem est insanabilis: quia corruptum est in eo operationis principium: sicut quando deficit z in aliquo virtus naturalis nō

D Differt incontinētie z malitia

potest sanari per medicinam. ¶ Differt etiaz incōtinentia a malitia: q2 malitia est circa omnē operationem humanam in qua cōtingit errare ex falsa opinione de ipso operabili. Incōtinentia autem ꝓprie solū est circa delectationes z tristicias tactus z gustus. Unde dicit esse circa cōcupiscentias: vt pz 7. ethi. Et sic quātuz ad obiectum coincidit cū intēperantia: sed differt in eis que supza dicta sunt. ¶ Jncontinentie autē

E Continētie opponitur incōtinētia

continentia opponit: que non accedit ad perfectaz rationem tempantie: z habet continens rectum iudiciū de operabili: sicut temperatus incōtinens. Hȳ enim tres rectum iudiciuz habent: sed differunt quia continens z tēperatus bn agunt. Jncontinens vero peccat. ¶ Differt rursus incontinens a continente: quia vterq̄ passiones habet fortes. Et tamen incontinens vincitur ab eis: z male iudicat z peccat. Jdeo dicitur incontinens egressiuus ab opinione. 7. ethi. i. non manet in opinione quā habebat ante passionez. Quia ante passionem iudicabat nō esse fornicandum nec inebriandum: existente autem passione forti iudicat fornicandum z fornicat. ¶ Continens autem sustinet concupiscentias fortes z non ducitur ab eis. Jdeo non egreditur ab opinione quaz habebat ante passionem lz affligatur valde sustinens. Et sic dicit non egressiuus ab opinione. 7. ethico. ¶ Differt tamen continens a temperato: q2 lz vterq̄ bene agat: tamen temperatus agit ex habitu z inclinatione z electione: continens autem non agit ex habitu: quia nōdum habet illum: sed ex consideratione finis: quia iudicat valde bonū esse abstinere a delectabilibus turpibus. Et ideo abstinet: nōdum tamen habz habitum: quia habitus facilitat ad agendū: z reddit operationes delectabiles. 2. ethico. Quia vt ibi dicitur nōdum est iustus qui non gaudet operibus temperantie. Continēs tamen non abstinet a concupiscentijs cum gaudio z faciliter: sed cum magna tristicia z difficultate duriciez sustinēs in resistendo concupiscentijs. 7. ethi. z ad ro. 7. vbi apostolus cōqueritur de fortitudine concupiscentiarum: z cuz magna difficultate resistebat eis z vocabat eas mortem quādaz dicēs. Jnfelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et quia nimis affligebatur ter orauit deum: vt auferret ei istas concupiscentias: sed non fuit exauditus 2ª cozin. xi. Non ergo habet cōtinens adhuc habitum. ¶ Temperatus autem habitū habet z non est sibi difficile resistere alicui tēptationi. siue ꝓpter bonitatem nature. i. cōplexionis siue inclinate potius ad virtutem q̄z ad passiones: sicut dicit Arist. 6. ethico. c. 17. de habētibus virtutez naturalē. Et sic etiaz dicit christus infra. 19. de eunuchis qui ab vtero matris sic nati sunt. i. non inclinati ad venerea. Jta q̄ non insurgit eis aliq̄ passio ad hoc. Et istis facile est esse tēperatos siue vt aliquādo accidit ꝓpter longā assuetudinez. s. quia aliquis lōgo tēpore passionibus resistendo perdomuit illas ita vt iam debiliter insurgant in eo. Et si fortes insurgerent: ꝓpter magnitudinez habit existētis ex longo tēpore: z crescentis quotidie per consuetudinem facile est resistere illis: imo est iam quasi naturale ꝓpter assuetudinem: quia cōsuetudo est altera natura. 7. ethico. z primo rhetoꝝ: z gaudium causatur in eo quod iam connaturale est ꝓpter assuetudinem. Aliquando autem causatur ista facilitas resistendi ex dei gratia vel priuilegio: sicut est in sanctificatis in vtero in quibus fomes totaliter auffertur vel debilitat. Et sic in domina nostra erat temperantia perfectissima: quia non solū abstinebat ab omni delectabili turpi: imo ad nullam eoꝝ inclinabatur ꝓpter nō habere fomitē. Et ideo nec mortaliter nec venialiter vnq̄ peccauit: quia nullum ad peccandū incentiuum habebat quomodocūq̄z. Et ista gratia ei prouenerit siue per sanctificationem preueniētem si nō inciderit in originale: siue ꝓ purificationem z sanctificationē sequentez si ponatur ab aliquo incidisse in originale. Hoc ergo modo cōtinentia z temperantia differunt. ¶ Ex hoc autez sequitur q̄ continentia nō est virtus: quia virtus est habitus electiuus. 2. ethico. cōtinentia autē non est habitus vt ostensum est: sed est quedaz dispositio ad temperantiā. ¶ Jtem patet quia si esset virtus nullo modo differret a temperantia: eo q̄ idem est obiectum vtriusq̄. s. delectatio tactus z gustus. Jdeo si esset ptinentia habitus: sicut temperātia esset omnino idez habitus: z tamē differunt: quia. 7. ethico. ponuntur differre cōtinentia z virtus vt duo mores eligendoꝝ: sicut incontinentia z malitia: vt duo mores fugiendoꝝ. Sunt ergo tēperantia z continētia vt habitus z dispositio. Temperātia quidem habitus: cōtinentia vero dispositio ad tēperantiā. Et sic continentia nō est virtus. Est tamē laudabilis: quia fm rectam rōnez operatur. ¶ Bestialitas aūt dicit per respectū ad malitiā. Nam sicut incōtinentia est prauitas quedā minor q̄z malitia: vt ostē sum est: ita z bestialitas est quedā prauitas maior q̄z malitia. Et differt a malitia per illas duas conditiones malitie supza positas. Est. n. malitia prauitas humana. Bestialitas aūt prauitas bestie: vel ad similitudinē bestie. Et q2 bestie non bnt oio eadē delectabilia q̄ homines nā est eis appetere alia delectabilia q̄z appetant homines. Cuz ꝑ aliqs appetierit delectabilia que bestie appetūt z non ꝓueniunt nāe humane est vitiū bestialitatis: sicut dicit. 7. ethi. c. 7. de eo qui delectatur comedēdo carnes crudas: z qui precidit pgnātes vt extrahat fetus de

vtero z

vtero ⁊ comedat: ⁊ de illo qui delectatur comedendo carbones ⁊ terrā. Sic etiā circa venerea qui delectatur in eis que sunt extra humanam spēm vt cuz pecoribus. Ad ista. n. non est concupiscentia humana: qz sunt extra conditionē speciei. Ideo qui habuerit talia desideria: ⁊ per hec operaꝝ bestialis dicit ⁊ non malus: qz non est prauitas humana. i. circa obiectum opationis humane. ¶ Alius modus bestialitatis est circa ea que hoi cōpetunt ex genere obiecti: tñ non cōpetūt in quacūqz magnitudine: sicut cibum sumere ⁊ venereis delectari cōpetit homini ex spē. Quia tñ cōplexio hominis est in medio temperamēti respectu cōplexionū alioꝝ aialiuz cō petit sibi non sumere multū de delectatione in cibo aut potu aut venereis. Bestie vero: qz habēt extremitatē in cōplexioni bus appetunt delectabilia quedā in extremo vt multū come dere aut multum coire: ⁊ hec qdem respectu ipsaꝝ nō sunt extrema: sed media: qz quātitas deleetabilū suoꝝ cōmensuratur nature eoꝝ: sed respectu humane cōplexionis dicunt extrema. Quia sicut cōplexio bestiarū hz extremuz respectu humane cōplexionis: ita ⁊ quātitas delectabilis bestialis est extremum respectu quātitatis delectabilis humani. Si ergo quis imitet bestias in magnitudine cibi ⁊ potus: vel in multitudine venereoꝝ: bestialitas est. Qz excessit non solū rōnē sed etiā conditionē humanā. Nam malitia. i. intēperantia in delectabilibus excedit rōnem. Bestialitas tñ non solū rōnez sed etiā quātitatem delectabilis hoi conuenientis. Sic pz. 7. ethi. c. 9. vbi ponunt delectationes quedā humane genere ⁊ magnitudine. Ex quo apparet ꝙ non solū est bestialis ꝙ p̄z sequitur delectabilia dīa obiecto siue spē delectabilibus humanis: sed etiā qui p̄sequit delectabilia humana differētia in magnitudine ab humanis delectationibus. i. qui p̄sequitur delectabilia humana in maiori quātitate quā natura humana illa exigat que vsqz ad certā quātitatem solū exigit delectationez. ¶ Opponit aūt bestialitati vtus heroica que est quedā virtus diuina. Naz heroes dicunt aerei. i. dī qui sunt elevati super nos fm nām ⁊ habent locum excellentiorez. s. in celo quē homines putant esse aeré. Et sicut bestialitas est malitia excedens super humanā malitiā: Ita virtus heroica est super humanā virtutem. Nam hoies illos quos excellētiores putamus ceteris hominibus quasi iam ptinentes ad aliquid excellētius quam sit humana spēs in deos transferi mus. Sicut homerus introduxit Priamū dicentē de hectore ꝙ non erat filius hois moralis sed dei: ⁊ hoc ꝓpter virtutis excellentiā: vt dicit. 7. ethi. c. i. Ita in illis qui habēt virtutem excellentiorem q̄z sit humana virtus dicimus esse virtutem diuinā q̄ est vtus heroica siue celestis aut aerea ꝙ idē ē. ¶ An bestialitas ⁊ humana malitia differant fm naturam vel fm excessum.

Questio. CCIX.

Queritur an bestialitas ⁊ humana malitia differant fm naturā vel soluz fm excessuz. ¶ Dicunt quidā ꝙ solum fm excessum. Quia cum bestialitas ⁊ humana malitia sint circa eadez obiecta nō p̄nt differre fm spēm: nisi ex potentijs in quibus sunt. Sicut p̄udentia est circa omnia oba circa que sunt oēs virtutes morales. Quia omne ꝙ est eligibile per virtutē moralem est cōsiliabile ⁊ diffinibile. 3. ethi. Cum consiliū p̄cedat electionē. Pru dentia tñ est que consiliatur ⁊ diffinit. 6. ethi. ergo ipsa est circa omnia que sunt virtutes morales. Differt tñ ab eis quia ipsa est in intellectu: morales aūt virtutes in cōcupiscibili ⁊ irascibili aut in voluntate. Ita ergo opz bestialitatem differre a virtute humana per potentiā si spē differt cum in obiecto cōueniat. Et tñ ipsa est habitus vel dispositio inclinatiua sicut moralis virtus: ideo nō pōt poni in intellectu sicut prudentia. Quia inclinatiua est ⁊ non iudicatiua. Erit ergo in irascibili ⁊ concupiscibili sicut moralis virtus. Si aūt fuerit in irascibili ⁊ concupiscibili humana non poterit differre in specie a morali virtute que est in eisdem potentijs. Opz ergo poni eā in irascibili ⁊ cōcupiscibili bestiali si differre dz spē a virtute morali. Et tñ non ponitur vitium aliquod in bestijs: vt ostensum est. s. q. 207. ergo non erit nisi in potētijs humanis: ⁊ sic non differt spē a morali vitio vel virtute: sed solum fm excessuz. ¶ Jtē. 7. ethi. c. 9. dicit ꝙ bestiales delectatiōes differunt magnitudine ab humanis ⁊ circa illas est bestialitas. Magnitudo tñ non facit differentiā in spē: qz vna tēperantia est maior alia: ⁊ vna intēperantia est maior altera: ga non p̄sistit vitiū nec virtus in indiuisibili: ergo nō differūt in specie. ¶ Jtem illa que solum differunt per excellentiā quādam non differunt spē. Jta tñ est de bestialitate ad humanaz malitiam: ⁊ de virtute heroica ad virtutē moralez. 7. ethi. c. i sc̄z. Quēadmodū ex hominibus fiunt dij ꝓpter virtutis sup excellentiā: talis quidem erit bestialitati oppositus habitus. Pz etiā qz dicit ibi ꝙ ꝓpter admirationem solemus vocare aliquid diuinū. Jta etiā ꝓpter admirationē malitie vocamus aliquē bestialem. Admiratio tñ fit ꝓpter insolitam magnitudinem alicuius rei: ergo bestialitas non differt a morali malitia nisi in magnitudine. ¶ Dicendū ꝙ bestialitas differt fz spēm siue nām a morali vitio: ⁊ virtus heroica a virtute morali. Non est tñ putanduz ꝙ bestialitas sit vitium bestiaꝝ ⁊ malitia vitium humanū: qz bestie vitium nullū habēt vt ostēsum est. s. q. 205. Et tñ differt bestialitas a vitio morali vl' humano in spē. Quia. 7. ethi. c. i. dī ꝙ circa mores fugiendo: uz tres sunt species: malitia incontinentia. Bestialitas: ergo saltem spē differunt. ¶ Jtez pz: qz. 7. ethi. c. 7. dicitur ꝙ habere singula hoꝝ extra terminos malitie est quēadmodū bestialitas. Et sic dicit (ꝙ delectabilia illa circa que bestialitas est de quibus ibi logtur) sunt extra terminos malitie. Quod tamē est extra terminos malitie non ptinet ad spēm malitie: sz ad alia: sicut quod est extra terminos nature humane non pertinet ad spēm humanā. Nam lz in spē humana: ⁊ omniū aīalium repiatur magnū ⁊ puum: totum est intra terminos speciei: qz ad tantam magnitudinē posset peruenire aliquod in diuiduum in natura humana ꝙ iam non posset aīa vegetare illud cozpus: sicut si esset aliquis hō centum cubitoꝝ impossibile erat illum viuere. Nam viuere est per hoc ꝙ aīa vegetat oia membra. Nulla tñ anima humana posset vegetare tantam molez: ideo non posset viuere. Quicqd ergo viuit in specie humana siue magnū siue paruum totum est intra terminos spēi. Bestialitas tñ est extra terminos humane malitie: ergo differt in specie. ¶ Jtem eodem. c. dicit ꝙ habentez desideria bestialia superare illa vel superari ab eis nō est simpliciter incontinentia sed fm similitudinē. Sicut male se habentem circa iras incontinentē dicimus ⁊ non simplr. Sed incontinentē ire. Constat aūt ꝙ iracundia vt nominat vitiū oppositum mansuetudini fm ꝙ male se hz homo circa iram differt specie ab incontinentia que circa delectationes est: ergo etiaz differret specie bestialitas a malitia humana. ¶ Jtē pz iq: bestialitas opponitur virtuti heroice: ⁊ illa est in eo qui nullam virtutem hz: ergo ex opposito bestialitas erit in eo ꝙ nullaz hz malitiam. s. heroica virtus in deo qui virtutez nullam habet: ⁊ bestialitas ad bestiam pertinet que nullū habz vitium. 7. ethi. c. p̄imo. s. Et quēadmoduz nec bestie malitia: nec virtus sic nec dei. Et tñ dicit ibi ꝙ heroica virtus ad deū ptinet ⁊ bestialitas ad bestias. Erit ergo heroica virtus quedam virtus differēs spē ab humana vtute: ⁊ bestialitas peruersitas quedam differens ab humana malitia. ¶ Jtem pz: quia eodem. c. dicitur. Sed hoc qdem honorabilius virtute. Hoc autem alterū quoddam genus malitie. i. virtus heroica est aliquid honorabilius omni humana virtute. Et sic pertinet ad spēm superiorem. Bestialitas aūt est quoddam alteꝝ genus malitie. i. malitia distincta a malitia humana fm genus. ¶ Jtem si bestialitas esset eadem in specie cum humana malitia cum plures homines sint mali q̄z boni essent plurimi homines bestiales: ⁊ tamē bestialitas rara est in hominibus nisi in illis qui quodāmodo declinant a cōditione speciei: ergo non est bestialitas eadem in specie cum malitia humana. Patet hoc. 7. ethi. c. i. s. Bestialis autem in hominibus rarus est: maxime autē fit in barbaris. Et tamē inter eos qui habent conditionez humanam reperiuntur plurima vitiosa: ergo bestialitas specie differt ab humana malitia. ¶ Jtez ad hoc ꝙ homo habeat malitiā humanā Aristoteles non assignat aliquā causaz quasi hoc facile sit homini per inclinationem naturalē. Et tamē ad hoc ꝙ habere possit bestialitatem assignat tres causas que hominē multum separāt ab humana cōditione. s. Pernicioſas naturas: ⁊ egritudines vel egritudinales passiones: ⁊ peruersas cōsuetudines: vt patet. 7. ethi. c. primo ⁊ 7. de quibus dicetur infra. q. 209. ergo bestialitas differt specie ab humana malitia. ¶ Dicenduz aūt p̄o hoc ꝙ bestialitas potest dupliciter accipi. Uno modo p̄o cōditione bestiali vt in bestia est. Alio modo p̄o similitudine quadaz hominis ad bestiā in desiderio ⁊ operatione. Primo modo bestialitas non est vitium: qz in bestijs nullum vitium est nec

Obiō q̄ ratio fit.

3ª rō

Rñdet ad quesitu. q. A

rō prima

B

rō 2ª

C

rō. 3.

D

rō. 4.

E

rō. 5.

F

rō. 6.

G

rō. 7.

Bestialitas duplex

est nec esse potest: vt ostēsum est supra q. 205. Sed est in'eis natura: q; nāle est bestijs sic inclinari ⁊ appetere ⁊ nunquā agunt aliquid contra nām suam: q; vnicū principiū habent apprehensiuū ⁊ appetitiuū: ideo non pñt per aliud apprehē dere aut appetere. Et tñ illud est eis nāle. s. sensus ad apprehendendū: ⁊ vis irascibilis ⁊ concupiscibilis ad appetendū. Jdeo impossibile est bestiā agere contra nām. Homo autē hz duplex principiū appetitiuū. s. voluntatē ⁊ ptē cōcupiscibilē cum irascibili: ⁊ duplex apprehensiuū. s. intellectū ⁊ sensuz. Jdeo est quilibet hō quasi duo hoies. Nam pōt apprehende re per intellectū ⁊ appetere per voluntatez: vel apprehēdere per sensum ⁊ appetere per irascibilē ⁊ concupiscibilez. Et q; homini fm q̄ homo est nā ipse intellectus eo q̄ hō est rōna lis: est nāle hoi apprehendere ⁊ iudicare per intellectū ⁊ ap petere ⁊ eligere per volūtatē: qñ ergo hō sequutus fuerit ap prehensionē sensus ⁊ appetitū concupiscibilē aut irascibilez aget contra nām: q; aget contra rōnem cū sensus ⁊ rō quan tum ad appetibilia discordent: īmo vt in plurimū contrarien tur. Quā cōtrarietatē apl's noiauit sub noie spūs ⁊ carnis. Ad galath. 5. dicens. Spūs ꝯcupiscit aduersus carnez: ⁊ ca ro aduersus spūm. Et est ista ꝯrietas in apprehendēdo ⁊ ap petēdo. Sicut si quilibet hō esset duo hoies distincti ⁊ sepa rati. Et ob hoc apl's vocat interdū in nobis hominem inte riorem. Et hoiem exteriorē. ⁊ hominē nouū: ⁊ hoiez veterez: quod idem est. Quia hō exterior est hō vetus. s. hō vt segtur apprehensionē sensus ⁊ appetitū irascibilis ⁊ ꝯcupiscibilis. Naz iste hō vocatur exterior: q; sensus exteriores sunt: ⁊ de solis exterioribus iudicamus per eos: ⁊ per appetitū ꝓsequē tem eos. s. irascibilē ⁊ ꝯcupiscibilē sola exteriora appetimus: que sunt bona materialia ⁊ sensibilia. Et iste est hō vetus: q; ab antiquo hō hz istam apprehensionē ⁊ appetitum. s. a pn̄cipio seculi fere oēs hoies istam apprehensionē ⁊ appetituz sequunt. Dicit etiaz vetus hō respectu cuiuslibet nr̄m: q; in nobis a pn̄cipio etatis incipit apprehensio per sensum ⁊ ap petituꝫ per ꝯcupiscibilē ⁊ irascibilē ⁊ non regimur per rōnē. Unde dicit. 2. ethi. c. 3. loquendo de cōcupiscentia delectatio nuz. ¶ Adhuc aūt ex puero oibus nobis cōnutrit. s. concu piscentia. Et sequit. Propter quod difficile est ꝓterere hanc passionem ꝓtemporaneā vite. ¶ Dicit autē apprehensio fm rōnem ⁊ appetitus voluntatis hō interior: q; intellectus ⁊ voluntas intra nos sunt: ⁊ non sunt exterius sicut sensus in organis corporeis. Etiā q; per intellectū iudicamus tam de hijs que extra: quā de hijs que intra nos sunt ⁊ ipemet intel lectus de seipso iudicat. Sensus aūt de solis exterioribus iu dicat ⁊ de seipso non: q; non pōt hr̄e actum reflexum. Dicit autem hō nouus: q; iudicare per rōnez ⁊ sequi illā in appe tendo non accidit hoibus a principio seculi: sed xp̄s aduenī ens reformauit oia ⁊ reduxit hoiez ad sequendū regulā rō nis in oibus. Et ideo per eius aduentū hoies inceperūt esse noui. Jdeo dixit apl's induite nouū hoiez. Quod per xp̄i fi dem ⁊ mores quos introduxit dicit in nobis fieri. Ad colos sen. 3. s. Spoliantes vos veterē hoiem ⁊ induentes nouum: eum qui renouat in agnitione dei. Dicit etiā nouus hō respe ctu cuiuslibet nr̄m: q; hō non incipit opari fm rōnem a pn̄ cipio etatis: q; tunc non segtur rōnez sed passionē. i. ethi. c. 3. s. Non est ꝓprius auditor politice iuuenis passionuz sequu tor exñs. Cum aūt homo peruenit ad etatem robustiorez fm rōnez pōt operari: q; tunc magis cognoscit singula: ⁊ sic po test cohibere passionē. ¶ Ex hijs aūt appet q̄ homo potest operari contra nāz eo q̄ quilibet hō est quasi duo homines. Bestie aūt non pñt operari contra nām: q; hñt vnicum pn̄ cipium opandi: ⁊ sic non pōt esse pctm̄ in bestijs: sicut in ho minibus. ¶ Dōm tñ q̄ ista bestialitas ꝑput est conditio be stiarum differt in spē vel in genere ab humano vitio. Quia sicut hō ⁊ bestia differunt ita ⁊ proprietates hois ⁊ bestie.

¶ De hac bestialitate ad nos nihil attinet: q; in moralibus de bestijs null' sermo est: ꝫ solum de hoibus. Jsti etiā bestia litati non opponitur virtus heroica: q; virtus ⁊ vitiuz circa idem sunt. Et tñ bestia virtutem nullā hz. 7. ethi. c. i. ergo nō hz virtutem heroicam nec hr̄e pōt. Et sic non opponitur be stialitati isti heroica virtus. ¶ Alio modo accipit bestialitaꝫ pro similitudine hois ad bestiam. Hoc aūt potest esse in duo bus. s. in genere appetibilium: ita q̄ appetat illa delectabilia que bestijs fm naturam cōpetunt ⁊ non hominibus: vel in magnitudine. s. q̄ appetat eadez delectabilia que hoies: ⁊ tñ in maiori quātitate q̄ꝫ homines appetere solent: sicut bestie appetunt: vt dicitur septimo ethicorum ca. 9. Et tunc bestia litas homini competit. Et est quedam superabundans ma litia. huic autem opponit virtus heroica: q; sicut virtus he roica est diuina ⁊ est quoddā bonuz sup excellens. Jta ⁊ be stialitas est quedā malitia supexcedēs malitiā humanaz. Et vocatur bestialitas q; nō est talis malitia qualis hoium: ſ q̄ lis est cōditio bestiaꝝ. ¶ De ista bestialitate dōm q̄ differt i specie ab humana malitia: q; interdū differt ab ea in obiecto vt quādo est circa delectabilia bestialia' que differūt gñe a de lectabilibus humanis. 7. ethi. c. 7. ⁊ 9. ⁊ tñ quicūq; habitus differunt per obiectū differūt saltē specie. Aliquādo autē dif ferunt in sola magnitudine: ⁊ tamē etiā tunc differūt in spe cie: q; appetere delectabilia in tanta quātitate excedit condi tionē humanā ideo nō pertinet ad malitiaz humanaz taliter appetere: sed necesse est q̄ differant sicut malitie diuersaruz speciez. Nam sicut si bestie possent peccare differēt peccata eaꝝ in specie a peccatis humanis ꝓpter differētiā specificaz hominis: ⁊ bestie ⁊ principioꝝ operatiuoꝝ in vtriſq;. Jta ⁊ nūc cū homo habuerit malitiā talez sicut bestia: differret illa a malitia' quā hz fm q̄ homo. Et hoc est qđ supra probatum fuit. Et non solū differunt spē bestialitas ⁊ malitia humana: sed etiā genere: q; 7. ethi. c. i. dicit de bestialitate. Hoc aūt qđ dam alteruz genus malitie. i. differt bestialitas in genere ma litie a malitia humana. Et appet hoc: q; magis differt vitiuz bestiale ab humano q̄ꝫ vnuz humanū ab altero. Et tñ differt vnum vitiū humanuz ab altero in spē sicut intēperantia ab auaritia: ergo bestialitas ⁊ humana malitia differunt pluſq; spē. s. in genere. ¶ Ad primū in ꝓtrariū dicendū q̄ bestiali tas ⁊ malitia humana aliqñ differunt obo: ⁊ aliqñ magnitu dine. 7. ethi. c. 9. Quando obo differunt manifesta est differē tia eaꝝ in spē vel genere. Quando etiā differunt magnitudi ne differunt etiā spē: q; non differunt sola magnitudine ma nente intra terminos eiusdem spēi. s. humane sicut vna intē perantia est maior altera. Et tñ non differunt spē: quia ambe sunt per excessum supra rectā rōnez: qui tñ excessus compe tit nature humane. Bestialitas aūt excedit in magnitudine que cōpetit nāe humane: vt dicit. 7. ethi. c. 7. habere quidem singula hoꝝ extra terminos est malitie quēadmodū bestiali tas. i. Bestialitas est extra terminos nature humane: ⁊ appe titus illaꝝ rerū circa quas est bestialitas est in quadam ma gnitudine que excedit terminos humani desiderij. ¶ Cum aūt dr̄ de differentia in potentijs: dicēdum q̄ si acciperet be stialitas pro conditione bestie differret per potentiaz ab illis potentijs in qbus est humana malitia sicut differunt poten tia humana ⁊ bestialis. Accipitur tñ bestialitas pro similitu dine hois ad bestiam: ⁊ sic sunt bestialitas ⁊ malitia huma na in eadē potentia numero: ideo nō differunt ex potentijs. ¶ Ad 2m pz per nunc dicta. s. q̄ magnitudo intra terminos eiusdez spēi non facit differre spē. Et tñ magnitudo extra ter minos spēi differre facit. Et sic est i bestialitate ⁊ malitia hu mana: vt dictū est nunc. ¶ Ad 3m dicendū q̄ differre per ex cellentiā pōt esse differentia in spē: aliqñ ⁊ aliqñ non. Nam excellentia magnitudinē, dicit: ⁊ tñ ista magnitudo est aliqñ in aliquo equiuoco vel analogo sicut bonitas dei ⁊ homis. Unde excellentia est inter bonitatē diuinā ⁊ humanam. Et tñ differunt pluſq; spē. Aliquando aūt excellentia est in ali quo qđ habet vniuoce inter excellens ⁊ excessum. Et tūc ex cellentia non facit differre specie: sicut si comparētur duo in excellentia albedinis. Inter bestialitatem autē ⁊ malitiā hu manam est primus modus: q; compantur in aliquo qđ equi uoce habetur inter ea. s. ineſſe malitiam: q; non sunt idem ge nus malitie. ¶ Ad quartū dicendū q̄ admiratio fit ꝓpter aliquā magnitudinem vel potius ꝓpter rem insolitam. Po test autem res insolita esse eiusdem speciei cū eis que cōmu niter habentur: sed differt sola magnitudine: q; in tanta ma gnitudine non cōsueuit res illa haberi. Sicut admiramur si videmus aliquē hominem maioris roboris q̄ꝫ vnq̄ videri mus ante hoc. Naz tunc sola magnitudine differt id de quo admiramur. Aliquādo autem specie differt. Ut si id quod vi detur sit quoddam animal' alterius spēi q̄ꝫ que apud nos ha bentur. Nam tunc est istud magis insolituz ⁊ de eo admira mur. Jta est de bestialitate ⁊ heroica virtute. Nā cuz aliques taz excellentē videmus q̄ nō solū excellat alios: vt hō ſz et ꝓueniat ad statū i quo videat hr̄e vtutes vt de: admiramur

cum

I Quid vet' hō ⁊ nouus hō interior ⁊ exterior

K hō interior

L

Dupl'r accipit' bestialitas.

eum tanq̄ de re ptinente ad alteram spēm: velut si quis aliquod genus noue artis vel scientie introduceret. Sic ēt de bestialitate. Nam bestiales admiramur tāq̄ in extremo malos. s. extra terminos hūane malitie. 7. ethi. t. c. 7. t sic tanq̄ habeant malitiā alterius spēi eos admiramur.

¶ De bestialitate circa que sit. Questio. CCX.

Queritur de bestialitate circa que sit. ¶ Dicēdū q̄ bestialitas genus q̄dā malitie est distinctum ab humana malitia: vt dr. 7. ethi. c. i. Et ideo determinat sibi genus vel gña multa oboz circa que sit. Quia bestialitas non est vnicū vitiū solū sed multa: sicut malitia hūana nō est vnicus habitus malus: sz multi. Differt aūt bestialitas ab humana malitia: t per hoc videri pōt circa quid est. Differt. n. dupl'r. s. genere t magnitudine. 7. ethi. c. 9. i. Aliq̄n est bestialitas circa oba que differunt genere vel spē ab obis malitie humane. Aliq̄n aūt sola magnitudine. i. obm malitie humane t bestialitatis est idem: t tñ bestialitaſ accipit illud vt in magnitudine excessiua. De primo dōm q̄ bestialitaſ cōtingit fieri circa q̄ttuoz genera virtutis t malitie humane. s. circa prudentiā: tempantiā: fortitudinez: t mansuetudinem. Nam sz bestialitas cōiter dicatur circa delectationes: tñ hūjo quattuoz inueniri pōt sicut dr. 7. ethi. c. 7. Omnis. n. supabūdans malitia t insipientia: t timiditas: t intēperātia: t crudelitas: hec qdem bestiales. i. Jn hūs homo vocaf bestialis. De prudentia p3: q2 ad oēm virtutē requirif cū nō sit virtus moralis sine prudentia. 6. ethi. circa finē. Est aūtē prudentia habitus iudicatiuus t ꝓsiliatiuus cum recta rōne circa ea q̄ ad totam vitā ptinent. 6. ethi. Circa hoc cōtingit fieri hoiem imprudentē errando a rectitudine rōnis: q2 difficile est in oibus bene consiliari t recte iudicare. Et ista est imprudentia que est vitiū humanū. Jnsipiētia tñ est (si aliquis oino ignoret ea que ptinent ad humanā vitaz:) non qdem per solā in experientiā: sed pp hf̄e dispōnez contrariā ad male iudicandum: t ignorātem esse humanoz agibiliū. Naz istud nō vocatur imprudentia: sed quedā insipientia que est extra cōditionem nature humane: t non inuenitur nisi in hoibus qui multum recedunt ab humana pfectione: sicut in quibusdaz barbaris sic dicif. 7. ethi.. c. 7. s. Et insipientū hū quidē ex nā irrōnaleſ t solum sensu viuentes bestiales quēadmodū genera barbaroz. Et sic differt fm spēm ista ignorantia ab imprudentia humana qm̄ videnf differre ex principijs. s. q2 homines tam prudentes q̄ imprudentes per intellectuz iudicant: sed hū qdē recte: hū aūt non. Bestie aūt solo sensu iudicant. Jō etiā si fieret ab homine t a bestia apprehēsio vel iudicium de eadē re differt in spē ꝓpter diuersa principia. Sic autē t barbari qdaz solo sensu iudicant sicut bestie velut si non haberent potentiā rōnalem. Jdeo insipientia eoz circa agibilia differt saltem spē ab imprudentia hominum qui nō recte iudicant de agibilibus tanq̄ sunt in diuersis potentijs. Et non differunt solū vt imprudentia maioz t minoz: sicut quidam hō magis errat per intellectū circa agibilia q̄ alius. Quod etiā in speculatiuis fit. Jbi aūt sola magnitudine imprudentia differt: q2 ambo fz intellectū iudicāt de eodē gñe rei. s. De humano agibili t ambo errāt: sed vnus plus: alius minus. Barbari aūt per solū sensuz iudicant. Jō etiā si interdum bene iudicarent differret iudiciū eoz a nro in spē: t ita etiā q̄n errant: q2 per aliud principiuz errāt q̄ nos. ¶ Circa timiditatē etiā est bestialitas: q2 quidā supabundanter timēt oia: t talia quidē que a nullo timenda sunt. Et hoc fm cōditionem bestiaz: sicut illi qui timent mures t similia. Sic dr 7. ethi. c. 7. Hic quidem nā talis qualis timere omnia t si sonum faciat mus fm bestialem timiditatē timidus. Hic autez mustelā timuit ꝓpter egritudinē. Jsta est timiditas spē differens ab humana: q2 timoz est hoi de terribilib⁹ t alicui plus t alicui minus fm variam dispōnez nature t ꝓsuetudinem. Timere tñ oia non est humanuz sed extra spēm humanam: sicut ad bruta ptinet que ad oīa visa timoze concutiūtur. Et hoc innuitur cum dr. Hic quidem nā talis qualis timere oia fm bestialem timiditatem. q. d. Non cōpetit hoc humane timiditati sz bestiali. ¶ Circa intempantiaz etiā bestialitas est n q2 alicui sunt delectabilia in tactu t gustu ea q̄ non sunt delectabilia fm spēm humanā. Naz in vtroq̄ istoz. i. gustu t tactu sunt homini t bestijs distincta delectabilia. Alij enim sunt hominū: t alij bestiaz. Si quis desideret bestiaruz cibos vt herbas: vel carnes crudas t similia bestialis est: q2 talia nō sunt homini delectabilia. Sic dr. 7. ethi. c. 7. Dico autem bestiales puta eum hoiem quē dicunt ꝓegnantes recidentem pueros deuozare: vel qualibus gaudere aiunt quosdā siluestriū circa pontū. Hos qdez crudis. Hos aūt hominū carnibus. hos aūt pueros cōmodare adinuicē in cōuiuium. Oia hec bestialia sunt. Nam desiderare comedere fetus adhuc existentes in vteris matrū t ad hoc recidere ventres earum: (vt inde fetuſ extrahaf) non est hūanū delectabile: carnibus etiā crudis vesci humanū nō est. Quia repugnat cōplexioni humane que est in medio tēperamēti comedere carnes crudas. Nam nō posset eas digerere. Ad bestias autē q̄ habēt extremū in cōplexione t sunt vozaces t magne digestionis cōpetit h: hoi aūt cui natura dedit potestatē ad dispondū cibos: vt sibi essent ꝓuenientes coquendo t assando t alijs modis dedit cōplexionē mediā cui cōpeterent cibi isti sic medio modo dispositi. Aialibus aūt ceteris natura nō derat posse disponere cibos assando t coquēdo: ideo dedit illis cōplexionem cui cōpeteret crudis carnibus vesci. Uelle ergo carnes crudas nō est humanū delectabile sed bestiale. Q̄ō ēt dicit quosdā hūanis carnib⁹ vesci bestiale valde ē: q2 nā non inclinat ad tale delectabile. Nam vt in plurimū ceteris aiantibus que carneſ vozant etiā si valde vozacia sint: tñ non cōpetit comedere carnes aialium spēi sue: sz illas horrēt alioz aūt animaliū carnes vozant. Magis ergo hoibuſ horridum est spēi sue carnibus vesci. Nam si natura hoi desiderium ad vescendū humanis carnibus dediſſet: etiā desideriū hoies occidēdi: vt sic eoz carnibus vesceretur. Quod aliter fieri non poterat: t sic natura humana inclinaret ad seipsaz destruēdam q̄ falsum est. Est aūt adhuc inhumanius q̄ ibi dr barbaros cōmodare adinuicem pueros ad cōuiuium. i. q̄ vnuſ cōmodabat alteri filiū suum ad faciendū ꝓuiuiuz solēne occidendo illum t rursum ipse petebat ab alio filiū cōmodatum ad cōuiuium cum ipse cōuiuiuz aliq̄ō paraturus essz soleniter. Sicut qui carnes electas aut cibos optimos peterent ꝓ aliquo cōuiuio. Dicit etiā q̄ quidaz sacrificauit matrem t comedit eam conseruī sui. i. socij sui. Alios etiaz dicit delectari in cozrosionibus vnguiuz t euulsione piloz t comestione carbonū t terre. Nihil tamen istoz est humanum delectabile: sed oia bestialia. Hec aūt in gustu sunt. ¶ Jn tactu quoq̄z. i. circa venerea ptingit fieri aliquos bestiales. Nā cuilibet aiali nāliter est determinatus coitus ad femellaz sue spēi: nec aliter regulariter coeunt sz humana industria coniunxit aialia diuersaz speciez faciendo ea simul coire vt inde ꝓles equoca nasceretur. Quod deuſ detestatur leui. 19. Jta ergo hoibus ad mulierem coitus determinatuſ est extra hanc quicquid fuerit bestiale est. Sic dr. 7. ethi. c. 7. q̄ deside ria venereoz ad masculos bestialia sunt: q2 hoc nō est ex appetitu nature: sed ex aliquo erroze: de quo dicef infra. q. 2i4. Et adhuc videnf magis bestialia ōsideria coitus ad pecora: non qdē q̄ sit maioris criminiſ aut minoris: q2 de hoc nunc nihil asseritur: sed q̄ sit magis ꝓpie bestiale inclinari ad pecora: q2 bestia ad bestiam inclinatur. Si ergo pariter hō ad bestiam inclinef bestialiſ est: q2 est id qō bestia agit: t tñ non tetigit Ari. qcq̄ de coitu isto: fortassis vt non infirmaret naturam. Hoc modo circa tactū bestiales hoies fiunt. ¶ Circa mansuetudinem etiā bestialitas ꝓtingit. Est. n. mansuetudo circa iram. 4. ethi. c. de mansuetudine. Jn ira autez homo est valde tempatus in cōparatione ad alia aialia. Nam complexio sua est media: ideo oēs inclinatiōes sue sunt medie t tēperate. Non enim inclinatur nimis ad aliquid. Unde minus hz de ira quā bestie: ideo vocaf homo aīal naturaliter māsuetum non qdem q̄ nullā iram hēat: sed q2 fm exigentiaz corporis sui t prudentie ad sciendū inferre vindictā vel ad posse nocere nullū aīal est tam pauce ire. Bestie aūt hñt magnā iram: ꝓpter ferocitates eaz t extremitates cōplexionuz. Jō dicitur sapientie. 7. q̄ sapientia nouit iras bestiaruz: quasi dicat q̄ ire bestiarū valde magne sunt. Et iste ire transeunt in crudelitatē. s. q2 nihil miserentur: sed etiā sine cōmotione ire omnia lacerant: t destruunt t in hoc gaudent. Homini aūt quia pauca ira naturaliter competit non conuenit crudelitas: bestijs autem conuenit. Si quis ergo transeat in crudelitatem ita vt delectetur in penis hominum bestialis est: quia crudelitas bestiarum est t non hominuz. Et ad hoc pertinet quod dicitur septimo ethicoruz. c. 7. quosdam rescidere pregnātes t extrahere fetus de vtero. Nā velle comedere fetuſ existentes

5 Bestialitas est circa venerea

5 Bestialitas est circa mā suetudinez

existētis in vtero est bestialitas circa itēperātiā. Nō hoꝛrere tñ apire vteros p̄gnātiū ad crudelitatē ptinet. Sic fecit Nero apiens vteꝝ mr̄is sue vt videret locū in q̄ fuit in vtero. Et cū vidēt mr̄em lacerari nullas lachꝛymas fudit nec leui mja motꝰ est ſz tanc̄ nihil istud eēt iudicare potuit de pulchꝛitudine eius dicēs. Uere pulchꝛa fuit vt ait Boe. de ꝓso. libꝛo. 2. Metro. 6. Sic etiā de illis de qbꝰ dr̄. 7. ethi. q̄ pueros. i. filios suos mutuo cōmodant ad uiuia faciēda de carnibꝰ eoꝝ: qꝛ nulla mja mouētur sup filijs suis. Sic ēt dicit ibi q̄ndā sacrificasse mr̄em suā. i. imolasse eā sup altare sic̄ pecoꝛa imolabāt: ꝛ āliꝰ comedit epar ꝓserui sui. s. occidit vt comedēt epar in qbꝰ potiꝰ est bestialis crudelitas quā itēperātia ſz vtrūq̄ fit sil̄. ¶ Circa alia aūt gn̄a vitioꝝ ꝛ vtutū nō ꝓtingit fieri bestialē vt circa liberalitatē. Magnificētiā. Magnanimitatē. Philothimiā. Eutrapeliā: veritatē: ꝛ iustitiā ꝛ reliquas qꝛ in hijs nō ꝓtingit fieri in hoib⁹ aliq̄s inordinatiões excedētes humanū vitiū vt bestiales dicātur: ēt qꝛ bestie in materijs istaꝝ vtutū ꝛ vitioꝝ nō cōicāt nobiscū sicut in p̄dictis.

¶ Alius modus q̄ fit bestialitas est p magnitudinē circa ea in qbꝰ solemꝰ delectari vt hoies. Naz si qs peccat in illis excedēdo plus q̄z humane nāe ꝓueniat: bestialis est. Nā. n. humana qꝛ ſm se est i medietate tēperāmēti respcū alioꝝ aialiū opz q̄ ꝓseruet per ea que ꝓsistūt tēperate. Excessus g̃ in quibusſz rebꝰ destruūt cōplexionē humanā. Sic. n. ari. dicit lib. p̄oblematū pte. j. in p̄nº pp qd excessus ꝛ defectꝰ egritudinales. i. excessus in delectabilibꝰ causat egritudinē ꝛ ēt defectus. s. qñ nō sumitur quantū nature opꝰ est: ꝛ redditur causa qꝛ nā vel cōplexio humana ꝓsistit in medio ꝛ coꝛrūpit ab extremis. Repugnat g̃ cōplexiōi humane appetē nimiuz de aliqua re ſz tēperate. Si qs g̃ circa delectabilia que p̄p̄a hoi sunt in cibo ꝛ potu ꝛ venereis excesserit imoderate non erit malus sed bestialis: qꝛ malus excedit ad rectā rōnē nō tñ excedit ad humanā iclinationē. Qui aūt excedit humanā iclinationē plusq̄z malus est ꝛ bestialis efficit: qꝛ bestie ꝓsequūtur magnitudinē excessiuā in delectabilibꝰ siue in cibo siue i venereis. Iste modus bestialitatis minoꝛ est q̄z p̄cedētes qa minoꝛ est differentia in magnitudine q̄z in obiecto: ſz ,vtraq̄z in p̄senti sit differētia saltē in spē ab humana malitia.

¶ Ex qbꝰ cāis bestialitas causet in hoibꝰ. Qō. CCXI.

Queritur ex qbus cāis bestialitas causet in hoibus. ¶ Dōm q̄ cū bestialitas sit cōditio bestiaꝝ ꝛ nō sit hoi nāle hr̄e ꝑditionē bestie, ſz potiꝰ ꝓtra nām: si aliq̄n acciderit nec̄e est ꝓuenire ex aliqua cā spāli: iō Aristo. 7. ethi. de malitia humana ꝛ icōtinētia cām non q̄rit qꝛ iste due puersitates nō excedūt ꝑditionē nāe ſz aliq̄mō sūt nāles. Naz appetitꝰ ad ea que ꝓueniūt hoi inest sibi nāt̄r: mē sura aūt p appetibili determinat̄ a rōne. Et iō excedē rōnez est malitia humana vel icōtinētia circa delectabilia. Si tam iste excessus nō sit tantꝰ q̄ excedat nāe ꝓportionem que ꝓsistit in medio tēperāmēti erit humanꝰ erroꝛ: qꝛ errat in eo q̄ nā bene se hñs appetē pōt. Jō circa ꝟ cā nulla petēda est q̄re qs malus sit: q̄ ꝓstat eū malū eē ꝑpter seq nāle desideriū: ꝛ nō regulare illō ſm rōnē. Si qs tñ appetat delectabilia bestialia dr̄ia gn̄e ab humano delectabili. 7. ethi. c. 9. vel appetat delectabilia humana in maioꝛi q̄titate: q̄z competat nāe nō ꝓuenit ex nāe iclinatiōe ꝛ erroꝛe rōnis nō regulādo desiderijū nāle: ſz ex aliq̄ alia cā nō nāli: iō ꝓo bestialitate: cāe petende sunt. ¶ Est aūt dōm q̄ tres sunt cāe bestialitatis aut altera eaꝝ vt p̄z. 7. ethi. c. j. s. Passiões siue egritudies: ꝛ p̄ua ꝓsuetudines: ꝛ pnitiose nāe. ¶ Primū est in passiōibꝰ: q̄ nō vocanē simpl̄r passiões ſz potius egritudines vel passiones egritudinales. Naz passiones hoi nāles sunt vt cōcupiscentia ꝛ ira ꝛ alie. Iste tñ nō sunt egritudines qꝛ nō disponunt hoiez ꝛ nāe ꝑditionē. Passiones aūt que sil̄ sunt egritudines alterāt nāe statū sic: amētia: furoꝛ: mania: ꝛ similes. Naz ꝓuāt actū rōnis. Uelut si eēt hō solū pecꝰ ꝛ in talibꝰ sequunt desideria bestialia ꝛ opatiões. Et hoc qꝛ rō nō nouit in eis qd agat. Et p̄t talis passio cāre bestialitatē ſm oēs modos positos p̄ce. q. s. quantū ad ipꝛudētiā. Qꝛ cū isti habeāt passiões tollentes oēm vsuz rōnis fiet opatio totaliꝛ iordinata pp defectū p̄ncipij regulatiui: ꝛ nō erit aliq̄ malū q̄ntūcunq̄z graue qō hō appetere aut facē nō possit cū nihil sit q̄ eū cohibeat qꝛ sola rō est que illicitos motꝰ cohibet: qua nō exñte nihil est qō fieri nō possit aut appeti de malo. Et iā per itnere pōt ad timiditatē: qꝛ nō existēte rōne que iudicet verū poterit apparere eē terribile q̄ nō est terribile. Et maxime fit hoc: qꝛ in talibꝰ passionibꝰ indisponit̄ cerebꝝ ꝛ turbant̄ organa spūa. Uñ cōceptiões per illas spēs fiunt multū differē tes a veris ꝛ pōt videri aliqd maxime eē timēdū q̄ nihil eiusmodi est. ¶ Circa itēperantiā etiā per hunc moduz fit bestialitas: qꝛ deficiēte vsu rōnis poterit iudicari aliqd eē valde delectabile; qō tñ nullo mō est delectabile: ꝛ aliqd eē triste q̄ iocundum est. Et sic incidet homo in delectabilia bestialia qꝛ natura desideriū est ſm ꝑditionē ipius. Necesse est g̃ q̄ cū alicuꝰ nā fuerit alterata in deteriuſ q̄ desideria deterioꝛa efficiant. Et sic incidet hō in id qō est infra se. s. in bestiale delectabile: imo ꝛ aliq̄n tāta fit puersitas ex hijs passionibꝰ q̄ aliqd appetat hō q̄ nō est etiā delectabile bestijs sicut dicit. 7. ethico rū. c. 7. de illo qui terraz comedit: ꝛ carbones. Nam ēt bestie nō delectant̄ in hijs. Jstud aūt nō ꝓuenit ex alteratiōe nature sed ex alteratione apꝓhensiōis. Nam si fieret ex nāe mutatione: declinaret hō ad aliq̄ delectabilia que sunt aliquo mō delectabilia: sicut sunt bestialia delectabilia. Nam bestijs illa nālia sunt: qꝛ eis ꝓueniūt. Jta g̃ posset hō alterari a sua nāli cōplexiōe ad alterā: in quo statu nō eēnt sibi vere cōueniētia delectabilia humana sed alia. Sicut bestijs nō solū sunt grata delectabilia humana sed etiā nec cōueniūt eis ad nāe eoꝝ ꝓseruationē. s. equo nōꝛ cōuenit comedere carnes coctas ad cōseruationē suā. Jta ꝛ hoi alterato ad aliā cōplexionē non nālem erit aliqd vere ꝓueniēs ſm illā cōplexionē ad conseruandū eū in illa si ibi cōseruandus eēt: ꝛ illa erūt ei delectabilia. Qō tñ nullo mō est delectabile: nulli pōt eē delectabile Delectatio in gustu est pp aliqō genus sapoꝛis: vbi aūt nullus sapoꝛ inuenit̄ delectatio eē nulla pōt. Maxime qꝛ delectatio gustus est in eis que p̄nt summi in cibo ꝛ potu ad cōseruationē nāe. Illud aūt qō nullo mō pōt nutrire: nō pōt eē cibus nec hīe delectationē ſm gustū. Sic aūt est de carbonibus ꝛ terra qꝛ nō nutriūt. Nulli g̃ p̄nt eē delectabilia. Qō g̃ aliqbꝰ bestialiter dispositis sint ōlectabilia ista nō est q̄si rea liter eis sint delectabilia aut cōueniētia sed solū fit per apꝓhensionē. s. qꝛ coꝛrupta fantasia per alterationē nō nāle fiūt apꝓhēsiões multū diuerse ab eo q̄ ꝓueniēs est. ¶ Circa crudelitatē etiā, efficiūtur hoies hoc mō bestiales: qꝛ exñtes i talibus passiōibꝰ crudelia exercēt. Et hoc qꝛ videnē eis illa tāq̄z bona ꝛ delectabilia: qꝛ pp defectū rōnis nō iudicāt de malo qō faciūt nec miserenē: vel pp apꝓhēsionē fantasie turbate illa eis bona videnē. Sic dicit. 7. ethi. c. 7. s. hŭ aūt ꝑpter egritudines ꝛ maniā quēadmodū mr̄ez sacrificans ꝛ comedens ꝓserui cpar. Sic etiā dr̄ de hercule furēte q̄ filios occiderit vt ait Seneca tragedia p̄ma que dr̄ hercules furens.

¶ Scōa cā est ꝑpter ꝓsuetudines p̄uas. Quia ꝓsuetudo est altera nā. 7. ethi. ꝛ p̄imo retho. Et sic hoiꝰ cuilibet animali a nā determinant̄ delectabilia ita ꝛ ꝓsuetudo nāe vim habens determinat hoiem ad qōcūq̄z genus delectabiliū fuerit assuetꝰ: ꝛ etiā ad magnitudinē delectabiliū humanoꝝ q̄ nō cōpetit nāe humane. Sic dr̄. 7. ethi. c. 7. hŭ autē ex ꝓsuetudine puta pilloꝝ euulsiones ꝛ vnguiū coꝛrosiões adhuc autē carbonū ꝛ terre. i. Quidā fiūt bestiales pp cōsuetudinem: ꝛ assuefiūt ad euelendū pillos. s. vt mordeant carnē suā ꝛ pillos dentibus euellāt ꝛ in hoc delectantur: ꝛ si qs eos cohibuerit tristant̄ velut in p̄riū nāe sue eos moueat. ¶ Alīq̄ etiam gaudēt rodēdo vngues ꝛ mordendo manꝰ ꝛ alia mēbra qō sola assuetudo facit. Jsti ēt interdū gaudēt comedēdo terram ꝛ carbones: nō tanc̄ aliquā delectationē vere in ꝟ experiant̄. Qꝛ non vr̄ possibile hoc alicui coꝛpi potissime humano ꝓuenire: ſz qꝛ assuefacti sunt gaudēt mouēte eos ad ꝟ ipꝛessione quadā relicta ex assuetudine sic̄ nā monet per foꝛmaz ipꝛessam rei. Hoc aūt maxime fit q̄n assuetudo ista fit ex pueritia. Oia enī que sunt a pueritia faciūt foꝛtissimā impressionem siue quātū ad intellectū siue moꝛes siue nām. De intellectu p̄z: qꝛ ea que ingenijs paruuloꝝ imp̄imūtur semp manēt sicut dicit aug. p̄mo de ciui. dei q̄ pueri romanoꝝ in pueritia virgilij libꝛos addiscebāt: vt velut egregiꝰ poetaꝝ tenerīs ibibitus annis non posset facile aboleri. De moꝛibꝰ patet qꝛ quos moꝛes qs susceperit a parua etate tenebit fact̄ adultus. Et ob ꝟ recta disciplina in moꝛalibꝰ est pueros assuefacere cōfestim in parua etate ad recte tristandū ꝛ recte gaudēdum vt dr̄. ŭ. ethi. c. j. s. nō parum differt ex iuuene confestim assuefieri sed multū. Magis aūt oē idest non modicū differt Sed multum: magis aūt oē idest potius totum. s. bonum homines

A Rñdeē ad q̄stū qōnis

B Tres sunt cāe bestialitatis.

ꝑª cā

C

minis est in assuefieri ad bonū a prava etate. De nā ps q2 de lectabilia ⁊ tristabilia fiunt cuilibet aiali fm puenientias ad nāz suā. Si tñ asuescat a parua etate ad delectabilia illa q̄ nō sunt sibi nālia: appetet postea illa tāq̄ nālia sint. Et sic est in assuetis ad comedēdū carnes crudas vel aliqd sil'e qō ad bestias ptinet. Nā efficit iste appetitus hoi q̄si nālis ⁊ delectabile nāle. Sic dr̄. 7. ethi. c. 7. hȳs aūt ex ꝓsuetudine accidunt puta assuefactis ex pueris. i. a pueritia. ¶ Tertia causa est pp puersas nās. i. qñ cōplexio ⁊ dispositio tota corpis humani a natiuitate sua est multū puersa. Qō ptingit ex erroꝛe nāe. Nā determinatus est hō fm nām ad certā figuram ⁊ numerū certū mēbroꝝ. Cōtingit tñ interdū p nāe errorem monstra fieri in habundātia vel defectu mēbroꝝ aut in variatione figure. ita ⁊ circa cōplexionē nā humana determinata est ad mediū tēperamēti respectu cōplexionū aliorꝝ aialiū pōt tñ p errorē nāe accidere extremitas in cōplexione hois: ita vt declinet ad cōditionē cōplexionis alicuius bestie q̄ nō in totū q2 hoc erat impoſe. Et tunc erūt isti hoi delectabilia eadē vel quasi eadem que bestȳs. Hoc aūt pōt fieri ex aliquo erroꝛe pticulari nāe. vel ex cōditione regiōis: q2 patria ē ꝓncipiū gñationis. Ideo genitus cōsequit aliqd de cōplexione patrie. Et q2 regiones quedā excedunt a tēperamēto in magnitudine caloris ⁊ alie in alȳs qualitatibus. Cōplexio aūt humana cōsistit in tēperamēto necesse est q̄ in talibus regionibus corpora hoiuꝫ declinēt aliquo mō a tēperamento nālis cōplexionis ⁊ sic disponunt ad bestialitatē. Alie etiā cāe ad hoc esse possunt. ¶ Quarta cā pōt esse fm Ari. egritudo ⁊ differt ista a pma. s. a passione egritudinali q2 illa est quandiu aliqs manet in passione vt in amētia vel mania: furoꝛe ⁊ sic de alȳs q2 tunc bestialr̄ agit. Ista quarta intelligit cessante passione q2 cessantibus talibus passionibus relinquūtur interdū quedā dispositiones fm quas iclinatur homo ad delectabilia bestialia vel cōtra nām. Et tñ tunc nulla passio est nec egritudo sed dispōnes manent ex egritudinali passione. ¶ Alia dr̄ia est q2 interdū causat dispositio bestialis ex egritudine siue passione. ita q̄ nō fuerit amētia nec furoꝛ aut aliqd tale: q̄ nō solū egritudinē sed etiā passiones noiam⁹. Sed quecūq̄ alia egritudo magna. Nā videmus in eis qui sustinuerūt grauissimas egritudines ⁊ curati sunt manere dispositiones ꝑrias ad ꝓtē statū. ita q̄ nō delectant ī in eis in q̄bus ꝓmo delectabant nec eadē appetunt. Et hoc q2 alterate sunt dispōnes corpis. ita interdū pñt per egritudinē tantū alterari dispōnes nāles q̄ pueniat hō ad aliquas dispōnes sil'es bestialibus ⁊ appetat delectabilia bestialia. Et istō erit causatū ex sola egritudine ⁊ manens post egritudines. ¶ Dicit aūt Aristo. 7. ethi. c. ꝓmo q̄ bestialitas accidit interdū pp ozbitates: ⁊ coincidit cum tertia cā supraposita. s. ꝓpter pniciosas nās. Dicit eni ozbitas defectus aliqs eorū q̄ nālr̄ ineſſe debēt. Sicut si qs a natiuitate careat oculis vel manibus aut altero ozgano: ⁊ hoc mō dr̄ hō ozbatus a natura qñ ex cōplexiōe nāli aufferr̄ hoi rectus vsus rōnis: ita q̄ nō sit pol'e talr̄ existentē recte iudicare. Et sic dicit Ari. ꝓmo ethi. q̄ felicitas est possibilis oibus nō ozbatis ad virtutē. i. non carentibus nāliter eis que sunt necessaria ad vsum virtutis cuius est ipse vsus rationis. Istud autē est vere prauitas nature ideo ad eandē causam reducuntur.

¶ An bestialitas sit deterioꝛ q̄ malitia. Qō. CCXII.

